C.
91.
N

LIVRARIA
A. FERIN
70 74 R. Nova
do
ALMADA
LISBOA
Succ. FERIN & Cª

Ync.
1321

1134

28
ng. 297 G/3

# Priuilegia et indulgentie fratrum minorum ordinis ſancti franciſci




BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Inc. 1321

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Sixtus epiſcopus
ſuus ſuoꝝ dei. Ad perpetuā rei
memoriam. Regimini vniuerſa-
lis eccleſie meritis licet inſufficiē
tibus diſponente domino preſidē
tes curis purgemur aſſiduis: vt
iuxta credite nobis deſuper diſpenſationis officiū
quieti ſubditorum corūlibet preſertim ſub religio
nis habitu ſtudio vacantium pie vite in quorum
vtiqꝫ proſperitate reficimur Jugi quātum nobis
exalto conceditur ſolicitudinis ſtudio intendamꝰ
⁊ vt ea pro diuini cultus ⁊ religionis incremento a
nimarūqꝫ ſalute a predeceſſoribus noſtris Roma
nis pontificibus proinde facta ſunt ſublatis ambi
gnitatibus que exinde emerſiſſe noſcuntur: in ſua
integritate perſiſtant nr̄i miniſterij ꝑtes interponi
mus efficaces. Dudū ſiquidē ac felicis recordatio
nis. Eugenio papa. iiii. predeceſſore noſtro littere
emanarunt tenoris ſubſeqūentis.

EUgenius epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei Ad ꝑ
petuā rei memoriā: licet debitum paſtoralis
officij omnibus regularem vitam profeſſis vt in ſu
is cōſeruentur priuilegijs nos reddat fauorabiles
⁊ benignos ad ſacrum tamen ordinem fratrum mi
norum quorū preclara religio veluti ager fertilis
in domino multiplices atque vberes fructus ani
marum ad laudem dei ⁊ fidei incrementum ſem
per attulit ⁊ affert quotidie uerbo ⁊ exemplo in po
pulo chriſtiano dirigentes percipue velut ipſius
pater oculos mētis noſtre dignū cēſemus ⁊ debi
tū ut ipſum ordinē eiuſqꝫ in odorē ſuauitatis altiſ
ſimo deſeruētes perſonas i ſuis ꝑuilegijs ꝑſerti ro
māos pōtifices ꝯceſſis debite ꝯſeruemꝰ ac illa ne d

eorū robore nullatenus heſitari valeat apoſtolice ꝯfirmatiōis munimine roboremus. Hinc ē ꝙ nos dilectoꝝ filioꝝ guilermi de caſſali generalis miniſtri ordinis ⁊ fratrū ꝑdictoꝝ ſupplicatiōibus inclinati litteras quaſdā felicis recordatiōis Clemētis pape quarti predeceſſoris nſi dicto ordini ꝯceſſas quaꝝ tenore de verbo ad verbū inferius deſcribi fecimus. ac oīa ⁊ ſingula in eis ꝯtēta ꝑ ipſaꝝ ſubſiſtētia firmiori auctoritate apoſtolica ex certa ſcientia tenore p̄ſentiū ꝯfirmamus ⁊ p̄ſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenor vero predictarum litterarum ſequitur ⁊ eſt talis.

CLemēs epiſcopus ſeruus ſeruorū dei. Dilectis filijs generali ⁊ ꝓuicialibus miniſtris ac vniuerſis fratribus ordinis fratrū minorū ſalutē ⁊ apl'icam bene. Uirtute ꝯſpicuos ſacri ueſtri ordinis ꝓfeſſores qui contemplationi celeſtiū feruēter inuigilant: ⁊ pie vite ſtudio ſine intermiſſione deſudāt. decet per apl'ice circūſpicionis auxiliū ſic prouide dirigi ⁊ ſolicite cofoueri vt alicuius p̄textu callunie nullum interne pacis excidiū nullūq3 religioſi ſtatus pferāt detrimētū: ſed is i robur ⁊ vigorē habeāt. per que circa cultū diuini nominis deuotis ⁊ quietis mētibus inualeſcāt. Hinc ē quod cū ſicut nobis exponere curauiſtis tu filij generalis miniſter ⁊ ꝑdeceſſores tui iuxta eiuſdē ordinis ꝯſuetudinem obſeruatam hactenus ⁊ a ſede apoſtolica tolleratā ſtatim poſtquam electi ſecondum predicti regulam ⁊ conſtitutiones ordinis extitiſti fratrum ipſius curam geſſeritis miniſterij officium plene ac libere i omnibus exercentes: Idē q̄ fratres vobis deuote ⁊ humiliter obidierit itēderit reuerēter. ⁊ i eadē regula ſit exp̄ſſum vt generalis miniſter q pro tempore fuerit a miniſterijs offi

Miniſtri electio

Incipiunt priui-
legia fratrũ minorũ breuiter tra
cta ex registro apoſtolico ꝑ re-
uerendũ magiſtrũ Marcũ: tunc
accolitũ ⁊ auditorẽ apoſtolice cu
rie: conceſſa ordini fratrũ minorũ per diuerſos ſũ
mos põtifices. Et licet hec omĩa in ſacriſtia noſtri
cõuẽtus aſſignata ſint ⁊ fuerint ſufficiẽter deſcrip
ta:: hic tamen plenius annotantur In nomine do
mini noſtri ieſu chriſti.

SAnctiſſimus dominus noſter: papa Grego
rius nonus diuina prouidentia ep̃s vniuerſa
lis eccleſie qui beatũ franciſcuꝫ. Antoniũ ⁊ Eli-
zabet de tertio ordine aſcripſit cathalogo ſanctoꝝ
cõceſſit ꝑ priuilegiũ ſuũ omibus xp̃ifidelibus cau-
ſa deuotionis viſitantibus eccleſias fratrũ minoꝝ
per totũ mundum. Tam in feſtiuitatibus domini
noſtri ieſu xp̃i. ſcꝫ Natiuitatis. circũciſionis. Epi
phanie. Reſurrectiõis Aſcenſionis. Pẽtecoſtes
q̃ꝫ dñe noſtre ſcꝫ Natiuitatis. Annũtiatiõis Pre
ſentationis Aſſumptionis Cõceptiõis Purifica
tionis Viſſitationis. ⁊ alijs cõmemoratiõibus be
ate virginis Ac feſtiuitatibus bti. Joannis bapti
ſte. ⁊ oim̃ apoſtoloꝝ: ⁊ in die oiuꝫ ſanctoꝝ: ⁊ beatoꝝ
franciſci Antonij ⁊ Elizabet ꝑ ip̃am canonizato
rum. Vere cõfeſſi ⁊ cõtritis de indulgentia annos
centũ ⁊ totidem quadragenas ¶ Priuilegiũ inci
pit. Miſerator dñs. ⁊ habet aſſiſij cũ bulla papali
¶ Idẽ Grego. papa aprobauit ſtigmata bti frã
ciſci ⁊ excõmunicauit ⁊ maledixit nõ credẽtes vel
detrahentes eiuſdem Et in ſolemnitate eiuſdẽ ſcꝫ
die decimaſeptima ſeptẽbris conceſſit oibus viſi
tantibus locũ aluerne: medietatẽ remiſſionis oiuꝫ A ii

ſuorũ peccatoꝝ. Et viſitantibus eccleſias 'prefati ordinis ipõ die ſtigmatũ: dedit indulgentiã triginta annoꝝ. ¶ Priuilegiũ incipit Seraphyn volabant iuxta prophetiã. ⁊ habetur cum bulla papali aſſiſij. ¶ Idẽ grego. papa cõceſſit oĩbus xp̃ianis q apud ſe habent vel habebunt de reliquijs bti franciſci vel beati Antonij ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ ordinis noſtri: q ipas reuerẽtia debito cultu vel etiã manus adiutrices porrexerit ad decorandas predictas reliquias vel ad fabricas eccleſiaꝝ noſtraꝝ ſcd̃m ſuarum ſuppetentiũ facultatũ remiſſionẽ oĩuʒ pctõꝝ ſuoꝝ i articulo mortis. ¶ Priuileg. icipit: Sicut i viſiõe ad moyſen Et habet aſſiſij cũ bulla papali

SAnctiſſimus dñs noſter alexãder papa quartus cõfirmauit oĩa priuilegia ordini collata ⁊ vltra illa: qꝛ ipſe canonizauit beatã clarã in die aſſumptionis dñe cõceſſit oĩbus viſitãtibus eccleſias noſtras in feſtiuitate ⁊ tranſlatione eiuſdẽ ⁊ in feſtiuitate ⁊ tranſlatione beatoꝝ franciſci antonij de indulgentia annos quatraginta. ¶ Priuilegium icipit. Quinque prudẽtes virginis Et habetur ,ẽt cũ bulla papali i aſſiſio i monaſterio minoriſtaꝝ ¶ Idem conceſſit oĩbus veniẽtibus ad horas canonicas in eccleſij fratrum minoꝝ p anni circulũ diebus ſingulis centum. Dierum indulgentiam. ¶ Priuilegium incipit. Sanctiſſimus exaltiſſimus conditor. Et habetur peruſij cũ bulla papali. ¶ Idem conceſſit oĩbus fratribus miõribus in q buſcũque eccleſijs uel locis cõtigerit p̃dicare: poſſint dar̃ ſuis auditoribus indulgẽtiã quatraginta dierum. ¶ Priuilegium incipit. De ſegitte euãgelice meſſis. Et habetur rome florentie ⁊ in alijs multis locis cum bulla papali

¶ Idẽ conceſſit oĩbus qui reciperint fratres mi

nores itinerātes ⁊ in domibus ſuis miniſtrauerint
alimenta ſoluerint naulū:paſſagia ⁊ alia pietatis
obſequia dictis fratribus exhibuerint. indulgen=
tiam annoꝝ quatraginta . ¶ Priuilegiū incipit
Sicut ſummus ſacerdos abrae.Et habetur rome
in conuentu noſtro cum bulla papali.

SAnctiſſimus dn̄s noſter martinus papa q̄r
tus conceſſit oībus uiſitātibus eccleſias fra=
trum minorū. Infeſtiuitatibus uidelicet Natiui=
tatis dn̄i Circuncīſionis Epiphanie.infeſtiuitati
bus beate uirginis marie.⁊ ſanctoꝝ Joannis bap
tiſte apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli ⁊ feſtiuitatibus ſancto
rū ⁊ ſctārū eiuſdē ordinis ⁊ eoꝝ trāſlatiōibus d̄ in
dulgētiam ānos q̄draginta ⁊ duodeci q̄dragenas.
¶ Priuilegiū incipit.Diuine largitatis immē=
ſitate pēſata ⁊ habet̄ rome ⁊ aſſiſij cū bula papali.
¶ Idem conceſſit tā ꝓcuratoribus quā aduoca=
tis in curis tam eccleſiaſticis quā ciuilibus qui la
borant pro defenſione ordinis noſtri ⁊ cauſaꝝ no
ſtraꝝ ſingulis annis indulgētiā annorum centum.
¶ Priuilegiū incipit Operante vinea dn̄i ſaba
oth.Et habet̄ Janue ⁊ mediolani cū bulla papali
¶ Idē dedit ⁊ conceſſit oībus xp̄i fidelibus ꝗ ope
rum ſuoꝝ manus porrigūt adiutrices ad cōſtruen
das ſiue reſarciendas eccleſias ⁊ monaſteria fra=
trum minorū ⁊ omnibus ſepeliendis cimiterijs ⁊
clauſtris noſtris indulgentiā annoꝝ quadraginta.
¶ Priuilegium incipit.Habentes in domino fi
duciam.Et habetur beate cum bulla papali.

SAnctiſſimus dn̄s noſter Joannes papa ui=
geſimus ſecundus qui beatū lodouicū catha
logo ſantoꝝ aſcripſit:cōceſſit oībus uenīētibus ad
eccleſias fratrum minorū infeſtiuitatibus domini
noſtri ieſu chriſti ⁊ beate marie virginis ⁊ beati Jo

annis Baptiſte ⁊ ſanctorum apoſtolorum: beati franciſci ⁊ ſanctoruꝫ ordinis noſtri adiungens feſtum beati lodouici epiſcopi: indulgentiam annorum quadragita. ¶ Priuilegiū incipit. In ſplēdoribus ſanctorū Et habetur marſilie cum bulla papali ⁊ tranſumptum in multis locis.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter nicolaus papa tertius conceſſit oībus viſitantibus eccleſias fratrum minoꝝ ī feſtiuitatibus ſupradictis In priuilegio ioannis vigeſimi ſecōdi indulgētias ānoꝝ quatragita ⁊ in alijs diebus ꝑ āni circulū cētū dies ⁊ porrigētibus manus adiutrices dictis eccleſijs uel monaſterijs totidē ¶ Priuilegiū incipit Sacro minoꝝ ordine Et habet̄ rome florētie ⁊ Venetijs.

¶ Idē ꝯceſſit oībus qui moriūtur in habitu fratrum minorū ⁊ qui cū dicto habitu elegerint ſepeliri remiſſionē quarte partis omniū delictoꝝ ſuoꝝ.

¶ Priuilegium incipit. Futurorum bonorum cariſmata. Et habetur Ianue cum bulla papali.

SAnctiſſimus dominus noſter Clemēs papa quartus ꝯceſſit tā viſitātibus eccleſias nr̄as quā morietibus ī habitu fratrū minoꝝ ſepeliri elegerint. ſicut dominus nicolaus ſupradictus remiſſionem quarte partis peccatoꝝ. ¶ Priuilegium icipit Romanus pōtifex ⁊ habetur mediolāi ⁊ peruſius cū bulla papali

SAnctiſſimus dn̄s noſter Clemēs papa quintus ꝯceſſit vt bone fatius papa q̄rtus.

¶ Priuilegiū incipit Fides ⁊ deuotio ⁊ habetur ferrarie Bulla Papali.

SAnctiſſimus dn̄s noſter Vrbanus papa q̄rtus ꝯfirmauit ⁊ ꝯceſſit ſicut dn̄s nicalaus ſupradictus. ⁊ dn̄s clemēs: ⁊ addidit oībus viſitātibꝰ eccl̄ias fratrū minoꝝ in quadrageſima: indulgētiā

quadraginta dierum. ¶ Priuilegium incipit. Sicut exhibita nobis fides ⁊ habetur rome ⁊ Venetijs cum bulla papali.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter Innocentius papa ſextus conceſſit oib⁹ viſitantibus eccl'ias fratrum minoꝝ.in feſtiuitatibus dn̄i noſtri ieſu xp̄i ⁊ beate marie virginis.⁊ ſanctoꝝ ap̄loꝝ ⁊ ſcī ioannis bap tiſte ⁊ omnium ſanctoꝝ ordinis noſtri indulgētias quadraginta annoꝝ.⁊ in quadrageſima ſingulis diebus cētū.¶ Priuilegiū icipit.fructus vberis quos ſacra parit mioꝝ religio Et habetur rome cum bulla papali.

SAnctiſſimus dominus noſter Bonifaci⁹ papa quartus idem conceſſit ſicut innocentius papa ſextus.

¶ Priuilegium incipit Abſentes exercitijs bulla habetur Bononie Verone ⁊ Mantue.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter. Bonifatius papa octauus conceſſit ſimiliter ſicut dn̄s innocentius ſupradictus.¶ Priuilegiū incipit .Subſequentibus exrcitijs puritatis.Et habetur rome verone ⁊ mantue cum bulla papali.

SAnctiſſimus dominus noſter Benidictus papa vndecimus conceſſit ſimiliter vt bonifatius ſupradictus ⁊ confirmauit indulgentiam ſancte marie d̄porciūcula declarando ⁊ confirmando ipſam datam eſſe a chriſto viue vocis.¶ Priuilegium incipit fundamenta in montibus Sanctis Et habetur aſſiſij cum bulla papali.

SAnctiſſimus dominus noſter . Nicolaus papa quartus qui fuit de ordine fratrum' minorum conceſſit ordini noſtro .Omnes indulgentias datas ha ſupradictis omnibus pontificibus .⁊ addidit eaſdem indulgētias in feſto angelorum ⁊ ſan

ctorū quoꝝ reliquie habentur in eccleſiis noſtris.
¶ Priuilegium incipit In cathedra preminentium paſtoralis. Et habet̃ rome cū bulla papali.

Sanctiſſimus dn̄s noſter gregorius papa decimus cõceſſit oībus viſitātibus eccleſias fratrum minorū in predictis feſtiuitatibus indulgētias annoꝝ quadragīta: ⁊ ī quadrageſima diebus ſingulis dies centum. ¶ Priuilegium. Incipit. Manipulus vbertatis: Et abetur Neapoli in cõuentu ſancte Clare cum bulla papali.

Sanctiſſimꝰ dominus noſter Urbanus papa quintus conceſſit ſimiliter vt dn̄s gregorius ſupradictus ⁊ addidit remiſſionē quarte partus. oīm delictoꝝ ſuoꝝ his q moriūtur ī habitu noſtro
¶ Priuilegiū īcipit euāgelici ꝓfeſſores. Et habet̃ Ianue ⁊ in monte peſulano cum bulla papali.
¶ Idem conceſſit ꝙ frater minores non poſſint interdici nec p̄dicādo nec cõfeſſi a fratribus poſſunt cogi a ſacerdotibus ꝑocbialibus reiterare cõfeſſionem. Qđ ⁊ conceſſit Innocētius quintus.
¶ Priuilegium incipit Quoniam abūdauit iniquitas. Et habetur aſſiſij cum bulla papali.
¶ Idem cõceſſit generali miniſterio ⁊ miniſtris prouincialibus in toto ordine ſuffragia indulgentiaꝝ ⁊ orationū ⁊ bn̄ficioꝝ ſpiritualiū tam ꝓcuratoribus quam quibuſcunque deuotis ꝑſonis ⁊ benefactoribus ordinis noſtri. ¶ Priuilegiū īcipit Beneficia ſanctoꝝ officioꝝ. Et habetur peruſij ⁊ marſilie cum bulla papali.
¶ Idē conceſſit omnibus fraternitatibus ⁊ ſcolis que ſunt ⁊ erunt in Eccleſijs ⁊ locis noſtris. ſupradictis ultra ceteras ſupradictas dierum centum.
¶ Priuilegium Incipit Uinculo pacis. Et habetur Senis cum bulla papali.

SAnctiſſi. dn̄s noſter allexāder papa q̄rtus ex
cōmunicauit detrahentibus ſtigmatibus be
ati franciſci ⁊ nō poſſūt abſolui niſi p̱ ſedē apoſto
licā. ¶ Priuilegiū eſt bononie ⁊ ferrarie ⁊ trāſū
ptum eſt in congentu Cremone.

SAnctiſſimus dominus noſter, Allexāder pa
pa quītus q̱ fuit ꝺ ordine fratrū minoꝝ ꝯfir-
mauit dicto ordini oīa p̄uilegia ſuoꝝ p̄deceſſoꝝ ⁊
vltra hec ꝯceſſit eccleſie ſancti franciſci ꝺ cādia in
feſto eiuſdem perpetuo duraturā indulgētiā a pe-
na ⁊ ha culpa ¶ Priuilegiū incipit. Licet is de
cuius muneꝛ venit ⁊ habeꝛ cādie cū bulla papali.
¶ Idē ꝯceſſit vt fratrū minoꝝ p̄dicatores ī ꝓpriis
eccleſijs non poſſint ab aliquo p̄lato eccleſiaſtico
interdici. vel etiā cōfeſſis fratribus iteꝝ eadē pec
cata preſbytero p̱rocbiali ꝯfiteri, non expedit. Ex
p̄uilegio ſcꝫ inocētij pape quarti ꝙ Incipit. Cū
abundauit iniquitas ⁊c. Joannis vigeſimi ſexti qꝺ
incipit Uas electionis. Et habetur peruſij ⁊ vene
tijs ⁊ alijs quam plurimis locis

¶ Idē i cimiterijs ⁊ eccleſijs fratrū minoꝝ ſepul
ture abſque q̄cūque cōtradictiōe habere ⁊ eſſe cē
ſentur poſſint fratres libere ⁊ p̱ceſſionaliter cū in
cēſo ⁊ cruce exire cātādo ſiue legēdo officiū mortuo
rū q̱ apud illos elegerint ſepeliri ſine aliqua ꝯtra
dictione vel ꝯſtitutiōe in ꝯtrariū. ¶ Priuilegiū
incipit. Sup̱ catedrā ⁊c. Nec ēt i cimiterijs ſiue ec
cleſijs fratrū vllus ibidē audeat celebrare aut ſepe
lire aut alia q̄cūqꝫ diuina facere ſine ꝯſenſu ipſo
rū fratrū ſub excōmunicationis pena. Et habeꝛ ex
p̄uilegijs. ſcꝫ allexandri pape quarti. qꝺ incipit cū
a nobis petiꝛ. Et clemētis q̄rti ꝙ icipit. virtute cō
ſpicuꝰ. ⁊ benedicti undecimi ꝙ icipit Inter cūctas
Et habetur venetijs Aſſiſii ⁊ alijs q̄ plurimis lo-

cis cum bulla papali. Omnes violantes ⁊ confrin
gētes eccleſias fratrū minorū. Principes nobiles
officiales ciues ſiue eccleſiaſticis ſiue eccleſiarū ꝑla
ti qui ſe in cauſis fratruꝫ minorū contra eos ingeſ-
ſerint ⁊ in eos manus iniecerint moleſtauerint vel
anguſtias dederint: bona eoꝝ retinuerint vel alia
dona queuis attractauerint excōicationeꝫ late ſen
tētie incurrant. Et ſi ꝯtumaces ab his non deſiſte-
rint: nō poſſunt abſolui niſi a ſummo pontifice: ſa-
tiſſatiōe tamē damni dati ſine calūnia ꝓhibita. Et
habetur ex priuilegiis. Clemētis quarti qḋ incipit
In quibuſdā locis. Et Nicolai tertii qḋ incipit. Ex
iit q ſemiat. Et habetur venetiis aſſiſii ⁊ aliis quā.
plurimis locis cū bulla papali.

¶ Sanctiſſimus dominus noſter Joānes papa vi
geſimi ſecondus conceſſit ut innocentinns ſextus
¶ Priuilegiū incipit. Uas electiōis. ⁊ habetur
venetiis ⁊ aſſiſii. cum bulla papali.

¶ Sanctiſſimus dñs noſter. Allexnader papa qr
tus. Nicolaus. tertio Innocentius qrtus Nicola
us quartus. Clemēs quartus ⁊. Benedictus vnde
cimus ꝯceſſerūt a qrta feria cineꝝ vſqꝫ ad paſcha
īcluſiue abſqꝫ alia ſolenitate ⁊ predicatiōe veniēti
bus ad eccleſias fratrū minoꝝ ſemel in die cauſa d
uotionis: de indulgētia quotidiana annos cētū vi-
ginti duos ⁊ die. v. centum ſeptuaginta ſex. Si aūt
ibidē ꝑdicatur ſecūda feria qrta ⁊ ſexta feria: addi
tur indulgētia annoꝝ ſedecim ⁊ dierū viginti ſex ⁊
ſic aſcēdit cū pria ānos cētū triginta ⁊ octo ⁊ dies
ducētos duos. bulla hētur rome. ¶ Sāctiſſimus
dñs noſter Sixtus papa qrtus q fuit frater minor
ꝯceſſit oīb⁹ viſitātibus eccleſias fratrū mioꝝ ⁊ por
rigētibus māus adiutrices a ſexta feria poſt tertiā
dñicaꝫ qdrageſime vſqꝫ ꝑ totā paſce reſurrectio

nis ꝑ ſingulo die indulgētiā triū miliū ſeptingēto
rū decē ⁊ octo annoꝝ. ⁊ cētū trigīta dieꝝ. Et hoc ꝑ
ꝑter ꝯmunicationē priuilegioꝝ fratrū heremitaꝝ
q̄ fecit iſte papa ſixt⁹. bulla hētur rome ⁊ ferrarie.
¶ Idē. Sixtus papa q̄rtus ꝯfirmauit om̄ia priui-
legia ordini nr̄o indulta ⁊ cōceſſit oībus ⁊ ſingulis
xp̄ifidelib⁹ qui eccleſias ⁊ oratoria fratrū minorū
in feſto ſancti franciſci viſitauerint centum annos
de indulgētia ⁊ totidem quadragenas. Et in feſto
ſanctorum. Antonij de padua. Ludouici ep̄i. Ber
nardini. Sancte clare ⁊ ſancte elizabet a primis ve
ſperis ⁊ per totum diem ipſarum feſtiuitatum qn
quaginta annos ⁊ totidem quadragenas. ⁊ excom-
municauit omnes locorum ordinarios ſeu officia-
les vel alios cuiuſcūq; conditionis exiſtant per ſua
dentes vel perſuadere facientes, aliquibus ne faci
ant elimoſinas ipſis fratribus minoribus ſeu alio
quocūq; modo moleſtantes ipſos fratres ſeu eo-
ruz bona detinentes. ¶ Idem Sixtus papa quar
tus conceſſit omnibus celebrantibus feſtum beati
franciſci ⁊ vere penitentibus de indulgentia quin
quaginta annos ⁊ totidem quadragenas. ¶ Pri
uilegiū incipit. Preclara ſctōrū merita. Et hētur
rome cū bulla papali. ¶ Idē Sixtus papa quar
tus mādat ⁊ p̄cipit q̄ oēs moriētes cū habitu ſcti
frāciſci vel tertij ordinis eiuſdē debent prorſus in
eccleſia ipſoꝝ fratꝝ ſepeliri nec talē habitū hēre
pn̄t ſine licētia ipſoꝝ fratꝝ ꝑut ꝯtinet i eadē bulla.
¶ Idē papa Sixtus cōceſſit fratrib⁹ minorib⁹ q̄
poſſint ⁊ valeāt oēa ſacramenta fratrib⁹ tertij ordi
nis ſci franciſci miniſtrare: ⁊ penit⁹ ſub cura ipoꝝ
fratꝝ minorū ipſos fratres tertij ordinis poſuit. vt
patet per bullā que habetur apud reuerendiſſimū
patrem generalem ⁊ tranſumptu habetur parme.

¶ Idē Sixtus papa quartus ꝯceſſit fratribus ⁊ ſororibus tertij ordinis vt gaudere poſſint liberta te ⁊ immunitate eccleſiaſtica vt perſone religioſe: ꝓcipiendo cōitatibus :poteſtatibus officialibuſq; ciuitatu ⁊ locoꝝ ſub excōmunicationis pena late ſententie ne eiſdē ſupradictis fratribus vel ſorori bus grauamīa aliqua libertati eccleſiaſtice ꝯtra- ria officiales inducere p̄ſumāt Bulla habetur re gij ⁊ tranſumptū parme. ¶ Priuilegium incipit Ad futuram rei memoriam Sacroſancta.

¶ Idē Sixtus cōceſſit ꝙ ipi fratres poſſint ⁊ ua leāt pſonis eiſdē fratribus ꝯfeſſis oia ſacramēta miniſtrare. ſi rectores ſe difficiles reddiderit ſeu maliciose diſtulerit. ¶ Idē papa cōceſſit vt ipſi fratres corpora mortuoꝝ. eleuare. ⁊ ad eorū eccle ſias ſepeliēda defferre poſſint ſi preſbyteri de ele- uatione requiſiti quocūq; modo recuſauerint.

¶ Idē papa ꝓcipit oībus ⁊ ſingulis eccleſiaꝝ re- ctoribus ꝙ nō debēt exigere nec petere quartā ab ipis fratribus q̄modolibet eueniret quouis modo in cōmuni vel in particulari. directe uel indirecte.

¶ Idē papa Sixtus Innocētius octauus cōcedit ipſis fratribus minoribus ⁊ eoꝝ eccleſijs oēs ⁊ ſin gulas gr̄as conceſſiones ⁊ indulgētias. peccatoꝝ remiſſiones immunitates. exēptiones facultates. priuilegia ⁊ indulta ſpūalia ⁊ tpalia q̄liacūq; ſūt heremitarū ſancti Auguſtini ⁊ carmelitaꝝ ac ſeruo rū ſcē marie Tranſumptū eſt in conuentu bononie

¶ Poſtremo q2 p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ fratrū p̄dicto rum ordinū profeſſores ꝑ fidei catholice dilatati one incremēto ⁊ defenſiōe cōtinue ⁊ indefeſſe labo rāt uel eoꝝ exēplari vita impredicationibus uerbi dei audiētia confeſſionū ſana doctrina aſſidua ſa- craꝝ litteraꝝ inſtructione ⁊ deuota diuinoꝝ offi-

cioꝝ celebratione: hereticoꝝ extirpatiõe aliisque innũeris ⁊ piis operationibus. p̄ceteris ordinũ men dicãtiũ ꝓfessoribus fructus in ecclesia dei saluta res copiosis attulerũt hactenus ⁊ cõtinue afferre non cessant atq3 illaturos in futuꝝ deo ꝓpitio spe firma tenemus. Et ꝓpterea ꝯuenit vt ipi p̄ceteris ampliores fauores. grarũ p̄rogatiuas a p̄fata sede recipiãt ⁊ repetãt alioꝝq3 ordinũ mẽdicãtiũ idul gẽtiis ⁊ p̄uilegiis apud sedẽ p̄fatã gaudeãt ne illis inferiores esse videãtur oẽs ⁊ singulas gras ꝯcessi ones indulgẽtias ⁊ pctõꝝ remissiones exẽptiones facultatis p̄uilegia ⁊ indulta spũalia ⁊ tpalia q̄lia cumq3 sint erimitaꝝ sancti augustini ⁊ carmelita rũ ac seruoꝝ btẽ marie fratrũ ordinibus ⁊ illoꝝ ec clesiis oratoriis ⁊ domibus prioribus fratribus ⁊ sororibus: ꝯuersis ⁊ oblatis: ac utriusq3 sexus pso nis d̄ penitẽtia nuncupatis a p̄decessoribus nr̄is romane ecclesie põtificibus p̄dictis. ⁊ a nobis ⁊ ab aliis auctoritatẽ h̄ntibus. Que oĩa acsi noiatim ex primerẽtur haberi hic volumus ꝑ sufficiẽter exp̄s sis ꝯiũctim uel diuisim in generali vel in cõmuni cõcessa eisdẽ ⁊ eoꝝ cuilibet pridicatoꝝ ⁊ minoꝝ fra trũ ordinibus. domibus. ecclesiis. oratoriis Gene rali ministris ꝓuincialibus. cõuẽtualibus. Prio ribus. guardianis. sororibus. oblatis. cõuersis Et vtriusq3 sexus tertii ordinis seu de penitẽtia nũcu patis. ⁊ aliis corũdẽ ordinũ psonis de nouo ꝯcedi mus. ⁊ in eis locũ haber̄ volumus ac eisdẽ noiatim directe ⁊ exp̄sse concessa fuissent. Mãdãtes ẽt mo tu: sciẽtia ⁊ auctoritate predictis vt dũ priuilegio rũ. indulgẽtiaꝝ. p̄rogatiuoꝝ. cõcessionũ excusatio nũ immunitatũ. facultatũ. ⁊ indultoꝝ dictoꝝ fratrũ heremitaꝝ scti augustini. carmelitarũ ⁊ minoꝝ or dinũ adducerẽtur vel exhiberẽtur. eadẽ fides in du

bia adhibeatur tã in iuditio quam extra iudiciũ
ꝛ alijs locis quibus opus fuerit. hac ſi pro ꝛ In fa
uorem dictoꝝ ordinũ eccelſiaꝝ domoꝝ ꝛ fratrũ pre
dicatoꝝ ꝛ minoꝝ a ſede apl'ica emanaſſent: inhibẽ
tes deſtrictius ipſis locoꝝ ordinarijs ſemper inter
dicto ingreſſus eccleſie ꝛ ſuſpenſionis a regimine
ꝛ adminiſtratione ſuaꝝ eccleſiaꝝ ac prochialiũ ec
cl'iaꝝ regiminibus ꝛ alijs q̄buſcũqꝫ ſemper excõi
catione late ſententie ꝛ priuatione earũdẽ prochi
aliũ eccl'iaꝝ. ꝛ oium alioꝝ bñficioꝝ eccleſiaſticorũ
q̄ obtinet. Nulli ergo oīno hoīm liceat hanc pagi
nã nr̃e approbationis cõſtitutionis. conceſſionis.
largitionis. indulti pſtrictiõis volũtatis adẽptio
nis. ſtatuti mandati. decreti inhibitionis. deroga
tionis infringere. uel ei auſu temerario ꝯtra ire. ſi
quis aũt hoc attẽptare p̃ſumpſerit: indignationũ.
omnipotentis dei ꝛ beatoꝝ petri ꝛ pauli apl'oꝝ ſe
mouerit in curſurũ. Datũ Rome apud ſanctũ pe
trum Anno incarnationis dominice. Mileſſimo
quadringenteſimoſeptuageſimonono. Septimo.
kalendas aguſti põtificatus noſtri anno octauo.
Tranſumptum eſt in conuentu. Bononie.

Summa indulgẽtiaꝝ omniũ feſtiuitatũ ſupra
dictaꝝ ſcilicet dñi nr̃i ieſu xp̄i ꝛ alioꝝ ſeu ẽt
ſci patris frãciſci necnõ ſctõꝝ ſanctaꝝqꝫ eiuſdẽ or
dinis ãnos quinqꝫcẽtũ ꝛ q̄dragintaocto ꝛ ducẽtũ
ſexagita. Et veniẽtibus alijs ſingulis dieb⁹ ãnos
q̄draginta dies tricẽtũ. Et i diebus q̄drageſime an
nos tria millia octo cẽt ꝛ quiquaginta ſeptẽ ꝛ di
es ducẽti ꝛ ſeptẽ. ¶ Sũma ſũmaꝝ oim indulgẽtia
rũ Anni. 4. M. ꝛ. cccc. ꝛ. 47. ꝛ dies. ccc. ꝛ ſex. Uide
alibi ꝛ nota bene qꝛ hic nõ ſũt oẽs indulgẽtie ꝛ pri
uilegia. Laus deo ꝛ glorioſe uirgini maria atqꝫ
beato pr̄i nr̄o ſeraphico ꝛ patriarche ſctõ frãciſco.

cio a moueri valeat prouincialibus miniſtris ⁊ cuſtodibus in generali caplo congregatis Nos uolentes ambiguitatis ſcrupulum,in hac parte de uirtutis cordibus amputare .ac ordinum ipſum a ſede approbatum eadē hōeſtate floridum preclarū ſcientia ⁊ uirtute ſecondum priuilegia apoſtolice gratie attollere ſingulari ueſtris ſupplicationib⁹ inclinari deuotioni ueſtre ut ſucceſſores tui filij generales miniſtri q erunt pro tempore ſtatim poſtquam electi ſecondum regulam et conſtitutiones fuerint ſupradictas eo ipſo ueri eiuſdem ordinis generales miniſtri effecti curam animarum fratrū ipſius ordinis plene habeant ⁊ libere gerant.ipſoſque fratres auctoritate propria legare ac ſoluere necnon in eodem ordine agere ualeāt que ipſi miniſtri diffinitores adhoc electi iuxta predictas cōſtitutiones eiſdem ordini ⁊ fratribus ſecondum deum uiderint expedire aliaſque poſſint officium miniſterij licite in omnibus exercere. Idemque fratres tibi generali miniſtro ⁊ ſucceſſoribus ipſis deuote ac humiliter obediant ⁊ intendant. Et preſati ſucceſſores ⁊ tu generalis miniſter a prouincialibus miniſtris ⁊ cuſtodibus ſecondum regulam ⁊ cōſtitutiōis ipſius ordinis abſolui ⁊ amoueri poſſitis auctoritate apoſtolica indulgemus ratū habentes ⁊ firmum quicquid ſuper premiſſis per generalis miniſter dictoſqz ꝑdeceſſores fratres diffinitores factū ⁊ obſeruatū ē,hacten⁹ ꝯceſſa tibi exequēdi officiū miniſterij quo ad ꝑmiſſa oīa ⁊ alia libera facultate. In electiōib⁹ quoqz generalis ⁊ ꝓuincialiū miniſtroꝝ ipſius ordinis fratrib⁹ q debēt electionē huiuſmodi celebrar̄ cū eos frequēter de remotis ꝑtibus oporteat ꝯuenire.tēpus ſuꝑ hoc a iure ſtatutū non curat nec ipſi i ac perte iure hu

miniſtri abſolutio

tpus electio nis nō currit

huiſmōi coarceantur Cuſtodes vero ⁊guardiani qui ſecundum ſtatuta eiuſdem ordinis aliter quam p electionem inſtituuntur poſt ipſam inſtitutionez ſeu prouiſionem de ipſis factaz curam animarum fratrum ſibi ſubditorum ipſius ordinis habeant ipſoſqz ligar̄ ac ſoluer̄ poſſit iuxta ipſius ordinis inſtituta. Fratres aūt de ordine veſtro quos ſecundū ɔſtitutiōes ipſius ordinis ɔuentib⁹ vr̄is deputandos duxeritis in lectores ſine cuiuſquam alterius licētia libere in domibus predicti ordinis legere ac docer̄ valeant theoloica facultate: illis locis exceptis in quibus viget ſtudiuz generale: ac etiam quilibet in facultate ipſa docturus ſolenniter incipere conſueuit. Et quia prohibente regula veſtra nulli fratrum veſtrorū eſt licituz populo p̄dicare niſi a generali miniſtro veſtri ordinis examinatus ⁊ approbatus fuerit ⁊ ſibi predicatiōis officiū ab ipſo ɔceſſuz: Nos p dictoꝝ fratruz laborib⁹ ⁊ periculoſis diſcurſib⁹ euitandis necnon vt animarum ſalus poſſit inde facilius prouenire ſuper prohibitiōe huiuſmodi opportune prouiſiōis remediū apponentes vt ſinguli prouinciales miniſtri in ſuis ꝓuincijs cum diffinitorib⁹ in prouincialib⁹ capitulis congregatis: fratres in ſacra pagina eruditos examinare ac approbare: ⁊ ois officium predicationis deum habendo preoculis cōmittere valeāt: ſicut ex forma regule miniſter poteat generalis plena auctoritate p̄ſentiū ɔcedim⁹ facultatē. Et qꝛ eiuſdē ordinis fratres de celis ad loca ipſius ordinis ſepius trāſmittantur ꝓpter q̄ ſtabilē ⁊ ꝑpetuaz in certis ⁊ determinatis eiuſdez ordinis doib⁹ nō faciūt māſionē Quia etiā bonoſ ⁊ idoneos ac approbatos vo᷑ fratres facitis ad ordies promoueri i locis quoqz in quib⁹ d̄gitis li-

lectores. theologie

de officio predicandi.

de ordinādis

ceat vobis ordinādos fratres eiuſdez ordinis qui
buſcunqz manceritis catholicis antiſtitibus ɔmu
nionē ⁊ gratiā apoſtolice ſedis habētibꝰ p̄ſētare
ipſiſqz pōtificibꝰ p̄ſētatos a voƀ fratres ſine q̄libz
examiatiōe per eoſdem pontifices faciēda ⁊abſqz
omni promiſſione vel obligatiōe ipſorū ordinādo
rū fratrū ad ordies ꝓmoueri In locis quoqz in q
bus degitis liceat vobis habere oratoria in quibꝰ
cuz altari portatili poſſitis miſſarū ſolēnia ⁊ alia
diuina officia celebrare ac etiam eccleſiaſtica reci
pere ſacramenta. Cum aūt generale interdictum
terre fuerit in eccleſijs ⁊ oratorijs veſtris ac alijs q
buſcūqz cū ad loca perueneritis eccleſiaſticos ſup
poſita interdicto clauſis ianuis interdictis et ex-
communicatis excluſis pulſatis campanis et ſub
miſſa voce liceat vobis celebrar̄ diuina ⁊ eccleſia
ſtica recipere ſacra: dūmō cauſam non dederitis
interdicto nec cōtingat id vobis ſpeālīter interdi
ci: niſi ecclie ⁊ oratoria eadē fuerāt ſpālit̄ iterdicta
His vero q i vr̄is imorātur obſequijs cūcta libere
miniſtrare poſſit; ecclia ſacra ⁊ ipſos cū decedēt i
vr̄is cimiterijs ſepelire. Si qn̄ i terras i qbus reſi
det; vel eaꝝ pſonas excōicatōis ſeu iterdict; ſnias
ɔtigerit ꝓmulgari pueri i vr̄is huitijs deputati ne
gocioꝝ quoqz vr̄oꝝ ꝓcuratores ⁊ operarij q i vr̄is
locis eoꝝ operibꝰ pſonaliter ɔtinuo iſtiterit: hmōi
ſnie obnoxij minime habeantur: ibiqz poſſint audi
re diuina iuxta formā q̄ ipſis locis in eo caſu a ſede
aplica ē cōceſſa niſi eiſdē cām dederint uel excōica
ri ſpecialiter ſeu interdici contigerit eoſdem. Et qr
uos extremam patientes pro chriſti nomine paup
tatē: exortationis pio ſtudio bonis potiora dirrigi
tis ⁊ errantes in rectitudinis ſemitā laudabilit̄ re
uocat;: cōcedimus vt in excōicatoꝝ terris liber ecō

de altari portatili.

de interdicto

de famulis ordinis ⁊ ꝓcuratoribus.

moꝛari ⁊ ab eis tũc ⁊ etiam quando per ipſas vos
licet ab excõi tranſire contigerit neceſſaria vite depoſcere ac reci
catis elemo pere valeatis. Generalis quoqꝫ ⁊ ſinguli prouin/
ſynã petere. ciales miniſtri ⁊ eoꝛũ vicarij ac etiaꝫ cuſtodes in ꝓ
uincijs ⁊ cuſtodijs ſibi commiſſis p̄dictis fratrib⁹
conſtitutis ibidem necnon ⁊ fratribus alijs eiuſdeꝫ
oꝛdinis interdum ad eos declinantibus vndecũqꝫ
abſolutiõe ⁊ diſpenſatione indigẽtibus: ſiue priuſ
quam intrauerint oꝛdinem ſiue poſt caſibus exceſ
ſerint pꝛo quibus excõmunicationis vel interdicti
aut ſuſpenſionis incurrant ſentẽtias a iure vel iu
dice generaliter pꝛomulgatas ⁊ huiuſmõi ſenten
de abſolutõe tijs innodati aut in locis ſuppoſitis eccleſiaſticbo
ab excõicatio interdicto diuina officia celebꝛantes vel ſuſcipien
ne ⁊ iterdicto tes oꝛdines ſic ligati notan irregularitatis incur
runt. abſolutionis ⁊ diſpenſationis beneficiũ vale
ant impartiri: niſi adeo fuerit grauis ⁊ enoꝛmis ex
ceſſus quod ſint ad eandem ſedem merito diſtinã
di fratres etiam veſtri quos pꝛo tempoꝛe vos ge
neralis ⁊ pꝛouĩciales miniſtri necnon ⁊ vices vr̃as
gerẽtes ac etiam cuſtodes in pꝛopꝛios habueritis
confeſſoꝛes abſolutionis ⁊ diſpenſationis benefici
um vobis ꝯexpedierit valeant ĩpartiri iuxta foꝛmã
ꝯceſſionis ſup̱ abſolutiõe ⁊ diſpẽſatiõe fratrũ eiuſ
dẽ oꝛdinis ſupius vobis facte adhuc volẽtib⁹ vr̃o
agregari collegio q ſuſpẽſionis ⁊ iterdicti vel excõ
municatiõis ſententijs a iure vel iudice ꝓmulgatis
intrantes oꝛ generalit̃ ſũt ligati abſolutionis bñficiũ obſeruata
dineꝫ poſſũt foꝛma canõica ĩptiri ipſiſqꝫ fratres recip̱e ac eos
abſolui vt ſu q poſt aſſũptũ habitũ vł ꝓfeſſionẽ emiſſã recolue
pꝛa rint ſe talib⁹ i ſclo fuiſſe ſentẽtijs inodatos ſcõꝫ foꝛ
mã ipam vos gneralis ⁊ ꝓuĩciales miniſtri ⁊ p̃fati
cuſtodes ac vices vr̃as gerẽtes valeatis abſoluer̃ ⁊
cũ irregularib⁹ diſpenſare ſi foꝛſan talib⁹ innodati

ſentētijs vel in locis īterdicto ſuppoſitis diuina p̄
ſūpſerint officia celebrare vel ordines receperint
ita tamē q̄ ſi aliq̄ ex huiuſmodi eiſdē ſententijs ꝓ
pter debitū ſint aſtricti ſatiſfaciāt vt tenentur. Uo
lumus aūt nichilominus q̄ poſtquā fuerint abſo
luti huiuſmodi volētes aggregari collegio ſupra
dicto niſi mox ordinē intrauerint etiā ſi ſuper hoc
inducie eis p̄latis eiuſdeꝫ ordinis ꝯcedantur eo ip
ſo in priſtinas ſententias a quib⁹ eos totaliter ab
ſolui contigerit relabantur. Ceteꝝ veſtra diſcretio
caute ꝓuideat ut ap̄lice ſedis aut legatorū ⁊ ordi
nariorū locoꝝ in abſolutionibus huiuſmodi ſcan
dalum euitetur. Porro quieti veſtre ꝓuidere volē
tes q̄ p litteras ap̄lice ſedis aut legatoꝝ ſeu ſub
delegatoꝝ ipſius coueniri a quoquā minime vale
atis ⁊ quod ad pecuniā colligēdaꝫ cogi nō poſſitis
inuiti p litteras ipſius ſedis decetero impetrādas
quodqꝫ nullus vr̄m correctionis ſeu viſitationis
vel inquiſitionis officium monaſterij vel eccleſij
ſeu quibuſcūqꝫ perſonis impēdere ⁊ ad cognitio
nes cauſarum citationes partiuꝫ ⁊ denūciatiōes
ſententiarum interdicti ⁊ excommunicationum ꝓ
cedere aut recipere curā monialium ſeu religioſa
rū quarūlibet perſonaꝝ teneatur per apoſtolicas
litteras impetratas ⁊ impetrandas in poſterium
niſi huiuſmodi apoſtolice littere de hoc indulto et
ordine veſtro exp̄ſſaꝫ fecerint mētionē auctoritate
vobis ap̄lica indulgem⁹. Cōcedimus etiā vt ad vi
ſitāduꝫ aliqua monaſteria monialium cuiuſcūqꝫ
ordinis vel ad audiēduꝫ ꝓfeſſiones eaꝝ ꝯpelli aliq̄
ten⁹ nō poſitis ad recipiēdū ꝯmiſſiōes cauſaꝝ ſeu
ſniaꝝ executiōes vl' alia ꝯtigētia cauſas ip̄as p lit
teras p̄fate ſedis i qb⁹ ſi facta fuerit d̄ idulgētia hu
iuſmōi mētio ſp̄alis ſiue p legatos vl' deligatos ip

Nullus pre
latus poteſt
fratrib⁹ pre-
cipere.

ſius uſ̃et p q̃ſcũq3. Nullus ſup Archiepũs vel ep̃s nulluſque alius p̃latus eccleſticus neceoꝝ uicarij uel officiales ad portãdũ ſeu deferẽdũ lſãs pelex eque̅dũ ac denũciãdũ ſntias ꝯ pricipes ſſãs cõmu nitatis ꝑpl̃os ſeu q̃ſcũq3 benefactores veſtros nul luſq3 delegat⁹ vel ordinarius iudex ad faciẽdũ ci tationes vel cõmiſſiones recipiẽdas ſiue qḋ ſint i cauſis aliq̃bus aſſeſſores ſeu ad lites aut ꝯtrouer ſias ꝯtigẽtia i cauſis q̃ corã ipſis tractãtur quem piam ueſtrum compellere valeant ſine predicte ſe dis mandato uel licentia ſpeciali expreſſam facien te de hac indulgẽtia mẽtionẽ: nec q̃ſquã vr̃m paſ- re uel intẽdere teneãtur ſup his mõtionibus: man datis aut iuſſionibus eorũdẽ aut facere vel imple re qḋ in hoc ꝑte duxerint iniũgẽdũ. Ceterũ genera lis ⁊ ꝓuiciales miniſtri ⁊ ipſoꝝ vicarij illos ex fra tribus de quibus auctoritate litteraꝝ ſedis apoſto lice uel legatorum ipſius archiepiſcopis ⁊ epiſco pis ac alijs quibuſcũq3 ꝓuiſum extitit uel in poſte rũ cõtigerit ꝓuideri corrigere ac etiam non abſtan te ꝯtradictione aliqua poſſint ad ſuũ ordinem re uocare nec per litteras eiuſdem ſedis ſeu legatorũ ipſi⁹ iã obtẽtas uel de cetero optinẽdas aliquos ḋ fratribus ipi⁹ ordinis p̃fatis archiepiſcopis ⁊ ep̃is aut alijs teneãtur i ſocios ḋputare niſi dicte littere ap̃lice optinẽde ḋ indulto huiuſmõi ⁊ ordine ipſo exp̃ſſam fecerit mentionẽ: ⁊ alias id honeſtati ordi nis ⁊ illoꝝ ſaluti viderint expediri. Nullus aũt le gat⁹ niſi ḋ latere nr̃o miſſus auctorittate literaꝝ ſe dis ap̃lice ſpecialẽ ḋ hoc idulto ⁊ ordine vr̃o nõ fa ciẽtiũ mẽtionẽ nulluſq3 p̃latus nec aliq̃ ꝑſona reli gioſa vl̃ ſclaris ḋ fratribus eiuſdẽ ordis ad ſua ſeu negocia ꝓcurãdũ vl̃ ſecũ manẽdũ aliquos aſſume re valeãt niſi quos generalis vl̃ ꝓuicialis miniſter

Fr̃es prelatis ḋputati ſbijci untur correc- tioni ordinis

ipſos tanq̃ idoneos ⁊ diſcretos ſibi dixirit aſſignā
dos q̃s et ſubiacer volum⁹ ordinis diſciplie: Illos
vero ordinis fr̃es q a p̃dicādū crucē vł ingrendū ꝯ
prauitatē hereticā ſeu ad illa huiuſmodi negotia
ſunt vł fuerūt vbicūq3 a ſede ap̄lica d̄putati. tu fili
generalis miniſter tuiq3 ſuceſſores remouer ſeu re
uocar ⁊ penit⁹ trāſfere ipſiſq3 ꝙ ſupſedeāt iūgere
alioſq3 ſubſtituere ꝯ expedire uideritis libere hac
licite valeatis: ⁊ i eos ſi ꝯ uenerit cēſurā ecclīſiaſti
cā exercere: ac qlibet miniſter ꝓuicialis vł ei⁹ vica
rius eiuſdē ordinis ad ip̄z i ſua ꝓuicia circa fr̃es ip
ſius ordinis qb⁹ ab eadē ſedeſilis ꝯtigerit et illa cō
mittit facer poſſit ñ obſtātib⁹ aliqb⁹ lr̃is vt idulgē
tijs ap̄licis ipetrātis uel et ipoſter ipetrādis q̄ de
h̄ fecerit mētionē inibem⁹ q̄q3 ne qs poſt ꝓfeſſionē
i ordie vr̃o factā ſine gnāł uel ꝓuiciał ſui licētia di
ſcedat ab ipſo diſcedētē uero abſq3 cautōe lr̃ar al
teri⁹ ipſor p̄textu alicui⁹ p̄uilegij ap̄lice ſedis null⁹
audeat retinere. Q̄d ſi forte retinere p̄ſumpſerit vo
bis gnāł ⁊ ꝓuinciales miniſtri dūtaxat licitū ſit in
ipſos diſcedētes fr̃es ſniā3 excōicatiōis ꝓmulgare
Si vero aliq de frib⁹ vr̃i ordinis p⁹ obtentā licētiā
a ſede p̄dicta aut a vobis ad religionē aliā trāſeūdi
īfra duos vł tres mēſes ſe ad illā religionē ſue ſalu
ti ꝯgruā nō tulerit ⁊ ipſi⁹ ñ ſuſcepint habitū regu
larē licitū ſi vob̄ gnāł ⁊ ꝓuiciales miniſtri ac vices
vr̃as gerētes ꝯ ipſos tanq̃ ꝯ alios ordinis vr̃i apo
ſtatas ꝓcedere ſ3 ꝙ hōeſtati ipſi⁹ ordinis videritꝫ
expedire Illud idē itelligi volum⁹ de illł q p⁹ ſuſce
ptionē habit⁹ alteri⁹ religiōis īfra tp̄s ꝓbatōis in
illa ꝓfeſſiōe facta ide p̄ſumpſerint reſilire appoſta
tas quoq3 vr̃i ordinis excōicare: capere ligare: icar
cerare ⁊ alias ſubder diſcipline rigori poſitꝫ ꝓ vos
ac et alios in quocūq3 habitu eos contigerit inue

Miniſter po
teſt reuocare
inquiſitores

Fratres ſine
licētia nō exe
ant ordinez.

De apoſtatꝫ

niſi inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis inhibemus etiam ne fratres quos ab ordine veſtro pro ſuis culpis per generalem ſeu prouincialem miniſtros aut cuſtodes expelli contigerit uel qui egreſſi fuerint proprio ſuo motu predicare. cōfeſſionis audire ſeu docere preſumant niſi ad aliū ordinē in quo licite huiuſmodi exercentur officia tranſierint de ueſtra uel dictorum miniſtrorum licentia ſpeciali. Quod ſi forte ipſi contra domini inhibitionem ueſtram aliquid ſuper primis temere attemptare preſumpſerit miniſtri ac cuſtodes ⁊ eorum uicarii in illos quos infra fines ſuaꝝ prouinciarum ⁊ cudodiarum iuſta conſuetudinem ordinis ueſtri diſtrictus inuenerint talia preſumētes monitiōe permiſſa auctaritate ueſtra excōmunicationis ſententiam ualeant promulgare. Eiectos autem de ordine ueſtro uel egreſſos qui a receptione in eodem ordine ſuis culpis exigentibus reddiderint ſe indignos: ⁊ alios fratres eiuſdem ordinis ex rationabili cauſa ad quoſcūqȝ ordines approbatos. preterquam ad beati auguſtini templarium hoſpitalariorum ⁊ alliorum religioſorū arma portantium ad uitandam occaſionem euagandi generales ⁊ prouinciales miniſtri cum teſtimonialibus litteris auctoritate ueſtra licentiādi liberam habeant facultatē. Nos enim deſtrictius inhibemus ne tales ad alium ordinem aliter tranſire uel aliqui eos recipe ſeu retinere preſumant abſque licentia ſpeciali ſedis apoſtolice faciēte de hoc plenariā mētionē.

Nullus poteſt habitum ordinis deferre niſi frater ordinis.

¶ Inhibem⁹ etiā ut nulli ſiue extra ordinē cōſtitutus habitū aut ita ꝯſimilē ꝙ preter eū frater minor credi poſſit defferre liceat abſqȝ mādato ſedis aplice ſpeciali. Et ut dicta inhibitio maiorē ꝯſequatur effectū ſtatuimus ut

12

fratres non ſoluant deci mas de ſuis predijs.

bi qui habitũ veſtrum uel ſibi predicto modo ꝯſi milẽ defferre p̃ſumpſerint ad deponẽdũ ipm p dio ceſanos locoꝝ cũ a uobis reqſiti fuerit monitiõe p̃ miſſa uel cẽſura eccliaſtica appellatõe poſtpoſita ꝯpellãtur. Leteꝝ cũ humilitas uſa ſibi d latitudi ne orbis terre nihil preter domos ⁊ ortos ꝯuirgul tis p̃nioꝝ obtẽtu celeſtiũ duxerit reſeruãdũ nos pie volẽtes ꝙ illoꝝ fructus integre ueſtre pauper tates vſibꝰ applicẽtur ut de dictis ortis uirgultis uſis nulli decimã teneamini exhibere nobis aucto ritate p̃ſentiũ indulgemus diſtrictius inhibẽtes nequis a uobis d p̃miſſis aliquid exigere uel extor qre p̃ſumat. Quia uero nõnulli ueſtre religionis habitũ aſſummẽtes diuerſis pſonis q̃ ſciri ⁊ inẽiri nõ poſſunt iterdũ aliq bõa reſtituere teneãtur, uo bis mſtiro ⁊ cuſtodibus ac vicarijs p̃dictis ꝯcedi mus, vt ſinguli veſtrũ in locis ſibi ꝯmiſſis bona ip ſa in pios vſus ꝯuertere valeãtur. put ſm deũ ui derit expedire. Sepulturã quoqz in eccleſijs ueſtris

de ſepultura

ꝯcedimꝰ: ⁊ eã liberã eſſe cẽſemꝰ ut eoꝝ deuotiõi ⁊ extreme uolũtati qui ſe illic ſepeliri deliberauerit niſi excõmunicati aut interdicti ant ẽt publice vſu rarij fuerit nullus obſiſtat. ſalua tñ iuſtitia eccliaꝝ illaꝝ a quibus corpora mortuoꝝ aſſumũtur diſtri ctius inhibemus ut nulli religioſi uel ſeculares uo bis inuitis aliquorum corpora defunctorum in ue ſtris cimiterijs ſepelire aut i ecclijs uſis miſſarum ſolẽnia uel p aiabus eoꝝ qui ad loca vſa tumulãdi ferũtur ibidẽ exequias celebrare ſiue vſo aſſenſu ⁊ volũtate preſumãt. Inhibemus inſup uniuerſis fratribus ueſtri ordinis ne aliqs eoꝝ niſi neceſſita tis vrgẽte articulo: alijs qua p̃latꝫ pctã ſua ꝯfiteri p̃ſumat uel aliis eiuſdẽ ordinis ſacerdotibus ſm regulã ⁊ ipius ordinis inſtituta. Uniuerſis aũt ec

Quibus poſ ſunt fratres confiteri

clesiarum prelatis ⁊ alijs inhibemus ne ꝯfeſſiões
ueſtras uobis inuitis audire uel cõpellere uos ad ſy
nodos ſeu ꝯuocatiões ſuas accedere. uel cũ eis ex
tra ciuitates uel intra ꝓceſſionaliter exiꝛ aut ſuis
ꝯſtitutionibus ſubiacere: uel capl'a ſcrutinia ⁊ inq
ſitiones in locis uꝛis uel alibi de vobis facere. aut
fidelitatẽ iuramẽto firmatã. ⁊ manualẽ obediẽtiã
a miniſtris cuſtodibus vel guardianis uꝛis exige
re: aut de ipſoꝝ inſtitutione uel deſtitutione ſiue
de ſtatutis vꝛi ordinis ſe aliquatenus intromitteꝛ
ſeu ꝓhibere ne ad ciuitates uel villas vbi religioſe
ac honeſte morari poſſitis a ppl'is euocari audea
tis accedere ibiq; ꝓ vꝛis vſibus ꝯſtruere edificia
ſeu eccl'ias, oratoria: aut accedẽtes frẽs: ſeu i ꝯſtru
entes, huiuſmodi vel receptatores ipſoꝝ excõmini
cationis ſniãs ferre preſumant. Concedimus quo
que uobis ꝺ bis q̃ in ornamẽtis vl' ꝓ eis aut libris
fabrica luminarib⁹ ãniuerſario Septio Vigeſimo
Triceſimo aut alijs ad ꝑpetuum cultũ diuinũ: ſeu
ꝓ pictãtis aut victu ad ſubſtẽtationẽ vꝛ; vl' idumẽ
tis necnõ ꝓ annis cẽſib⁹ redimẽtis ad q̃rũ ſolutio
num aliquo dom⁹ uꝛo ordini obligate noſcũtur ⁊
de domib⁹ p̃dijs ⁊ ortis alijſq; locis vobis ſꝫm inſti
tuta veſtri ordinis opportunis aut, ꝺ bis q̃ ꝓ hmõi
domib⁹ p̃dijs ortis ⁊ locis emẽtes uobis legãtur:
dũmõ p̃miſſa nõ ꝯuertãtur i vſus alios. ſ; i illos
dũtaxat ꝓ quibus relinquntur aut alios ẽt q in ac
ꝯceſſiõe ul' indulgẽtia ꝯtinẽtur nulli canonicã inſti
tiã aut portionẽ aliq̃ꝫ teneami exhibere Et ne qs a
nobis vel ultimaꝝ executorib⁹ volũtatũ ſeu ĩdece
dẽtiũ exedib⁹ ꝺ p̃miſſis aliqd exigeꝛ vl' extorq̃re p̃
ſumat diſtricti⁹ ibibemus adhuc liceat fratrib⁹ vꝛi
ordinis cũ de p̃orib⁹ locis ſuis ad alia loca ſe trãſ
ferũt tã edificia ſeu oẽm edificioꝝ materiã locoꝝ

In nullo dio ceſanis tenẽtur fratres:

De quib⁹ dari debet canonica portio.

que dimittunt dedicatis eccleſijs dumtaxat excep
tis quam libros ,calices ⁊ paramenta ſecum ad
alia loca tranſferre ac edificia ipſa cum ſolo ⁊ ali
is ad eadem loca pertinentibus:preter eccleſias
per perſonas adhoc a ſede appoſtolica deputatas
vẽdere ipſorum p̄ciũ i aliorum locorum ad que di
cti frẽs ſe trãſſerũt edificationẽ ſeu alias i eoꝝ vti
litatẽ ꝯuertere ſcd̄m qd̄ eis melius videbitur expe
dire cũ ipſa priora ⁊ alia loco fratrũ ad nos ⁊ ſedẽ
ap̄licã ſpecialiter ⁊ immediate ꝑtinere noſcũtur.

Licet frĩbus oia vendere ⁊ ſecũ trãſſerre

Et ne aliqui archiepi̅ vel epiſcopi aut alij eccelſia
rum prelati ſeu que,vis alia perſona eccleſiaſtica
vel ſecularis predicta loca ſeu bona occupare ac
cipere vel uſurpaꝛ:aut quoquomodo ſibi vẽdicare
preſumant abſque dicte ſedis licentia .Speciali
diſtrictius inhibemus Indulgentes uobis vt ad
preſtationem procurationum .Legatorum predi
cte,ſedis vel nuntiorum ipſius ſeu.Dioceſanorum
locorum aut exactionum vel collectarum ſeu rſub
ſidioꝝ vel ꝓuiſionũ q̄rũcũqꝫ minime teneamini
nec ad ea ſoluẽda ꝑ litteras dicte ſedis at legato
rum vel nũciorũ eiuſdẽ ſeu rectorũ terrarũ eccleſie
romane ipetrãdas ſeu i poſterum impetrãdas.cu
iuſcumque teneris fuerint in perpetuum compelli
poſſitis niſi dicte ſedis littere impetrande plenam
⁊ expreſſam de indulto huiuſmodi ⁊ dicto ordine
fecerint mentionem.

De ſubſidijs

Ceteꝝ cum felicis recordatio
nis Innocẽtius papa predeceſſor noſter olim du
xerit ſtatuẽdum vt exempti quacumque gaudeant
libertate.Nihilominus tamen ratione delecti ſeu
contractus aut rei de qua contra ipſos agitur rite
poſſint coram locorum ordinarijs conueniri.⁊ illi
quo ad hoc ſua in ipſorum iuriſdictionem prout
ius exgit exerceꝝ nos uobis ut occaſiõe ꝯſtitutiõis

Rõne dilicti nõ ſbucimu. ordinarijs

huiuſmodi nullum libertatibus immunitatibus
vobis ⁊ ordini ueſtro per priuilegia ⁊ indulgen-
tias ab apoſtolica ſede ꝯceſſis p̄iuditiū generetur
auctoritate preſentiū indulgēus. Decernim⁹ ergo
irritū ⁊ inane quicquid cōtra tenorē cōſtitutionū
conceſſionū ⁊ inhibitionū huiuſmodi p̱ quoſcūqȝ
fuerit attemptatum. ⁊ interdicti ſuſpenſionis. ⁊ ex
communicationis ſententias: ſi quas cōtra conceſ
ſiones: conſtitutiones et inhibitiones eaſdem in
vos vel veſtrū aliquos aut loca vr̄a ſeu benefacto
res veſtros vel executores aut heredes predictos
in poſterum promulgari contigerit penitus nō te
nere. Nulli ergo omnino hominuȝ liceat hanc pa
ginam noſtrarum conſtitutionum: conceſſionum ⁊
inhibitionū infringere: vel ei auſu temerario con-
trarie. Si quis autem hoc attemptare preſumpſe
rit: indignationem omnipotentis dei: ⁊ beatorum
Petri ⁊ Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit in
curſurum. Datum Peruſij. xij. kalendas Auguſti
pontificatus noſtri Anno primo. ¶ Nulli ergo
omnino liceat hanc paginam noſtre confirmatio
nis ⁊ communitionis infringere: vel ei auſu teme
rario contrarie. Siquis aūt hoc attemptare p̄ſum
pſerit indignationem omnipotentis dei ⁊ beatoꝝ
Petri ⁊ Pauli apoſtoloꝝ ei⁹ ſe nouerit icurſurū
Datum florentie. Anno incarnationis dominice.
Milleſimoq̄dringenteſimo trigeſimonono.
Quarto id⁹ Nouēbris. pōtificat⁹ nr̄i Anno nono.

NOs igitur qui dicti ordinis fratruȝ minoruȝ
i quo generalis miniſtri fungebamur officio
dum ad cardinaliatus honorem aſſumpti fuimus
⁊ perſonaruȝ eius ſtatum proſperum ⁊ trāquilluȝ
propter vberes fructus quos ordo ipſe multa reful
gens gloria meritorum ⁊ gratia redolens ſanctita

tis in agro eccl'ie militantis in propagatione religi
onis et fidei orthodoxe hactenus produxit vtiliter
⁊ ꝓducit ac in futurum ⁊ producturum firma tene
mus palmites ſuos a mari vſqꝫ ad mare ⁊ etiam
ad barbaras extendendo nationes intenſis deſide
ramus affectibus. Clementis ⁊. Eugenij p̄dictorū
ac alioꝝ predeceſſorū nr̄oꝝ qui ordinē p̄dictū fra
trum minorum alijs variis priuilegiis non imme
rito decorarunt veſtigijs inherentes motu ꝓprio
nō ad eorundē dicti ordinis fratrum minorum pro
feſſorū vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblate
petitionis inſtantiā ſed de nr̄a mera uolūtate ⁊ de
liberatione ⁊ ex certa nr̄a ſcia p̄dictas clementis
⁊ alias quorūcūqꝫ alioꝝ romanoꝝ pōtificū pre-
deceſſorum noſtroꝝ. litteras dicto ordini fratrum
minorum ⁊ illius domibus ⁊ ꝓfeſſoribus in genere
ſub q̄cunqꝫ forma verborum conceſſas quas ac ſi d̄
verbo ad uerbum vna.cum predictis letteris. Eu-
genij predeceſſoris prefati p̄ntibus inſerte forēt ha
beri volumus pro exp̄ſſis: ac omnia ⁊ ſingula in il
lis contēta auctoritate ap̄lica tenore preſentiuꝫ ap
probamus et robur ꝑpetue firmitatis obtinere de
bere decernim⁹ ac ꝓ potiori cautela oīa ⁊ ſingula
per. Clementeꝫ ac. Eugenium alioſqꝫ predeceſſo
res predictos in eiſdē litteris pro ⁊ in fauoreꝫ dicti
ordinis fratrum minorum quolibet ordinata ſtatu
ta decreta cōceſſa ⁊ indulta fieri ⁊ ſuari debere au
ctoritate motu ⁊ ſcientia predictis de nouo ordina
mus ſtatuim⁹ atqꝫ decernimus: ac eidē ordini mi
noꝝ illiuſqꝫ domib⁹ ⁊ profeſſoribus cōcedim⁹ et
indulgem⁹. Et qꝛ ſicut accepim⁹ noſqꝫ ipi experiētia
didicim⁹ in minorib⁹ ꝯſtituti p̄fati ordinis curam ge
rētes circa lr̄as ⁊ priuilegia hmōi nonnulla dubia
poſt modū ſūt exorta habita ſup illis ꝯſideratiōe d̄

approbatio ⁊ confirmatio

declaratio de altari portatili.

centi motu auctoritate ⁊ ſciētia ſimilibus litteras
eiuſdem. Clementis predeceſſoris in ea pte in qua
cōcedit dicti ordinis pfeſſoribus vt liceat eis in lo
cis in quibus degūt habere oratoria ⁊ in eis cū al

declaratio d altari porta/tili.

tari portatili etiam tpe interdicti ianuis clauſis ex
cōicatis ⁊ interdictis excluſis miſſarū ſolennia ⁊
alia diuina officia celebrare. Et qd eorū inſiſtētes
obſequijs cenſuris generaliter pmulgatis non ligē
tur cū ɔtingat eos pſepe regri: ⁊ extra oratoria ſu
p huiuſmōi altari portatili celebrēt diuia officia ⁊

De tempore interdicti.

ad illaȝ interdicti tpe tertij ordinis ſancti. franci/
ſci de penitentia nūcupati fratres ⁊ ſorores a ſu/
os ⁊ illorȝ pcuratores admittāt extendētes. Con
cedimus eiuſdē fratrib⁹ vt nō ſolū in oratorijs ⁊ lo

Declaratio q ſint ad ſedem apoſtolicā de ſtinandi.

cis inquib⁹ degūt ſed etiam in quouis alio loco cō
gruenti ⁊ honeſto poſſint ſup altari portatili eiuſ/
modi miſſas ⁊ alia diuina officia libere ⁊ licite ce
lebrare exceptis eccleſijs ab ordinarij iuriſdictione
non exemptis quotiēs id eiſdē fratrib⁹ p ordinari/
os ex eaȝ cōtigerit inhiberi. Et vt liceat eis tpe in

declaratio d ſepultura.

terdicti fratres et ſorores dicti tertij ordinis beati
Franciſci de penitentia nuncupati necnō ipſorum
fratrū minorū ac fratrū ⁊ ſororꝝ dicti tertij ordi
nis ⁊ moniale ſancte. Clare pcuratores ⁊ negocia
gerentes vtriuſqȝ ſex⁹ admittere ad diuina. pterea
q̄ idē clemēs pdeceſſor in dictis ſuis litteris gene
rali ⁊ puincialib⁹ miniſtris ⁊ eoꝝ vicarijs ac cuſto
dib⁹ abſoluēdi fratres eiuſdē ordinis necnō fratri/
b⁹ dicti ordinis q̄s ipſi miniſtri vicarij ⁊ cuſtodies
habuerit p tpe in ɔfeſſores abſoluēdi ipos miſtros
vicarios ⁊ cuſtodes ab exceſſib⁹ ⁊ cēſuris niſi talia
ppetraſſent propē q̄ eſſent merito ad ſedem apoſto
licaȝ deſtinādi ac cūctis deſup diſpēſandi facultatē
cōcedit ⁊ ppterea q ſint deſtinādi pſepe reuocetur

in dubium vt abſoluentium ⁊ abſoluendorum diſ/
penſantiũ ⁊ diſpẽſatoꝝ pro tꝑe puritati cõſciẽtie
cõſulam⁹ declaramus hereticos relapſos ſciſmati
cos: ⁊ q̄ lr̃as apoſtolicas falſificaſſent. aut ad infi/
deles ꝓhibita detuliſſent dũtaxat ad ſedẽ apoſtoli
caꝫ merito deſtinãdos. Reliq̄s vero oib⁹ etiaꝫ ſy
monie prauitate q̄litercũqꝫ irretitis poſſe ꝑ illos
q̄bus inibi cõceditur abſolutiõis beneficiũ ⁊ grati
aꝫ iuxta caſuũ exigẽtiã impartiri. Eaꝫ vero parteꝫ
litteraꝝ eiuſdẽ. Clemẽtis p̄deceſſoris in q̄ ſepultu
raꝫ in eccleſijs fratruꝫ dicti ordinis liberã eſſe vo/
luit ſalua iuſticia eccleſiaꝝ a q̄b⁹ corꝑa mortuoꝝ aſ
ſumũtur. Declarãtes libertatẽ hm̃oi intelligi de/
bere etiaꝫ quo ad hoc vt fratres ipſi nullius ſuper
hoc petita licentia ꝑrochias in q̄bus corꝑa p̄dicta
forent cũ cruce ꝓceſſionaliter ingredi ac corꝑa ipſa
leuare: ⁊ ad eoꝝ eccleſias ſepeliẽda deferre poſſint
vbi hoc fieri cõſuetuꝫ foret. vel p̄ſbiteri de releuati
one req̄ſiti id facere recuſarent nec cogãtur inuiti
etiã p̄textu cuiuſuis cõſuetudinis ipſi vel defuncto
rũ ꝯſanguinei illa ad ꝑrochiales eccleſias aut alia
loca deferre ⁊ cũ illis vel ſine inibi celebrare vel ce
lebrari facere pro eiuſdeꝫ defunctis aliqua diuina
officia ante vel poſt ſepulturã eorũdẽ iuſticiã autẽ
eccleſiaꝝ aq̄bus corꝑa ipſa ſumũtur iuxta eiuſdeꝫ
Clemẽtis p̄deceſſoris volũtatẽ ſaluã eſſe debeꝛ̃ de
cernim⁹ eo caſu q̄ dũtaxat ad apđ loca ipoꝝ fratrũ
corꝑa ipſa ſepeliũtur. Si vero nõ apđ eos ſꝫ alios
mẽdicãtiũ ordinũ ꝓfeſſores corꝑa ipa ꝯtigeret ſepe
liri ex his q̄ ad fratres p̄dictos apđ q̄s tũc corꝑa
ipa ſi ſepelirẽtur đ hõis đſũctoꝝ q̄modolibet obue
niet q̄uis ꝑticulari vl' vniuerſali titulo directe vl' ꝑ
obliquũ nullaꝫ cãonicã aut ꝑrochialẽ portionẽ dar̃
teneãtur nec ſilr̃ aliq̄ portio đbeatur q̄ ad certos ⁊

declaratio de ſepultura.

de iuſticia ec cleſiarũ ⁊ canonica portione.

determinatos uſus eiſdem fratribus uel eoꝝ do
mibus in genere ⁊ ut ſpecie etiã de bonis eoꝝ quo
rum cadauera apud eos contigerit ſepeliri nec eti
am in caſibus in quibus per eiuſdem . Clementis
De decimis legatorum aliorũ p̃deceſſoꝝ noſtrorũ ſpãlia priuilegia frẽs ip
ſi ab huiuſmõi ſolutõe q̃rte ſunt exẽpti nec aliquo
caſu de cãdelis q̃ ad manus frib⁹ dãtur q̃rta aliq̃
quomõlibet detrahãtur. in reliqs uero caſib⁹ quã
in premiſſ s in qbus quarta ipa ſoluenda ueniret
conuentiones ſi que ſint inter fratres predictos
⁊ locorum oꝛdinarios ac alioꝝ rectores inite lau
dabiles ⁊ honeſte in poſterum obſeruentur . Et ſi
forte contingat per nos uel ſedem apoſtolicam de
pie legatis diſpoſitis ⁊ relictis in gegne uel in ſpẽ
decima uel alia portio ſeu quotalteri pie uel non
pie cauſe ⁊ quauis cauſa hactenus conceſſa foret
aut poſterum concedit ⁊ ſolui aut dari mãdari con
tingeret fratres predictos ⁊ illorum domos ac eis
De decimis papalibus legata ⁊ relicta aut alias in eorum fauorem diſpo
ſita in conceſſione ⁊ mandatis huiuſmodi decerni
mus ⁊ volumus nõ includi: niſi de ipſis ⁊ preſen
ti decreto ac uoluntate noſtra non per generales
clauſulas que etiam ſpecialem mentionum impoꝛ
tare uiderentur. ſed uera ⁊ ſpecifica mentio fiat in
eiuſdem. Indultum uero eiuſdem Clementis pre
deceſſoris de decimis non ſoluendis ad quecunqȝ
bona dictorum fratrum ⁊ quaſcunqȝ decimas eti
am quas vulgo papales appellat. ⁊ apoſtolica ſe
de pro chriſtiane fidei defenſione aut alijs immẽ
tibus perſepe neceſſitatibus indicit ⁊ quecunque
alia onera a motu ⁊ ſciẽtia predictis extendimus
decernentes ipſos fratres minores etiam ſi per
quoſcunqȝ exemptos ⁊ mendicantes ſolui manda
rentur cum: quibus ſuis derogatoriis ⁊ foꝛtioꝛib⁹

conceſſis predictis fratribus minoribus: priuile‑
gijs: indulgentijs. gratijs: fauoribus ⁊ indultis tan
ſpiritualibus quam tporalibus a predictis ⁊ alijs
romanis pontificibus predeceſſoribus noſtris ⁊ a
lijs auctoritatem habentibus que omnia ac ſi no‑
minatim exprimerentur haberi volumus hic pro
expreſſis ⁊ noſtre approbationis munimine ſoli‑
damus ac: decernim⁹ robur perpetue firmitatis
obtinere potiri ⁊ gaudere poſſint ⁊ debeant per‑
petuis futuris temporibus in omnibus ⁊ per om
nia prorſus ⁊ ſine vlla differētia perinde ac ſi que
vni ex ordinibus predictis ſunt conceſſa vtrique ſi
mul nominatim conceſſa fuiſſent aut concederen‑
tur in poſterum: ⁊ que de magiſtro generali ⁊ pro
uincialibus prioribus dicti ordinis predicatorum
ac monaſterijs monialium ſub eorundem fratrum
predicatorum cura: ⁊ ſecundū ipſius ordinis pre
dicatorum inſtituta viuentium ſunt ſtatuta in ge‑
nerali ⁊ prouincialibus miniſtris: ⁊ vicarijs dicti
ordinis fratrum minorum ⁊ monaſterijs moniali
um dicti ordinis ſancte. Clare ⁊ minoriſſarum: et
ſancti. Damiani nuncupatarum ⁊ econtra cenſeā
tur eſſe ſtatuta: diſtrictius inhibemus eiſdem lo‑
corum ordinarijs ſub interdicti ingreſſus eccleſie
⁊ ſuſpenſionis a regimine ⁊ adminiſtratione ſua‑
rum eccleſiarum: ac parrochialium eccleſiarū re
ctoribus ⁊ alijs quibuſcunque ſub excommunicati
onis late ſententie ⁊ priuationis earundem par‑
rochialium eccleſiarum ac omnium aliorum benefi
ciorum eccl'iaſticorū que obtinent: necnon inha‑
bitationis ad illa ⁊ alia in poſterum obtinnenda
penis eoipſo per eos qui contrafecerint incurren
dis: ne ordines predictos fratrum predicatorum ⁊
minorum: et illorum domos et profeſſores preter

aut contra predictorum. Clementis aut. Eugenij predictorum ⁊ aliorum quorūcunque predeceſſorum noſtrorum ⁊ preſentium litterarum noſtraruꝫ tenorem inquietare ſeu moleſtare: ⁊ eosaut teſtamentorum vltimarumqꝫ voluntatum executores ⁊ heredes p̄dictos ſeu quoſcūqꝫ alios directe vel indirecte ad ſolutioneꝫ alicuius quarte parrochialis ſeu canonice vel alterius portionis ſeu oneris ⁊ ad faciendum celebrari aliquod officium in eorum eccleſijs vel alibi: dum apud ipſos fratres decedentium cadauera tumulantur ante vel poſt eorum ſepulturam congere: nec confeſſis dictis fratribus predicatoribus ⁊ minoribus pro tempore eucbariſtie ſeu extreme vnctionis ſacramenta ſine racionabili cauſa denegare vel illorum exhibitionem maliciose differre: aut eorum parrochianis ne dictis fratribus cōfiteantur probibere vel perſuadere: nec etiaꝫ ad premiſſa ſeu aliquod premiſſorum auxilium: conſilium vel fauorem dare directe: vel indirecte quoquomodo preſumant Et nihilominnus cuilibet in dignitate eccleſiaſtica conſtituto ⁊ metropolitane. vel alterius cathedralis eccleſie canonico per vniuerſum vrbem qui deſup per deorū ordinum priores aut guardianos ⁊ fratres ac illorum ſeu ad commodum eorum romane eccleſie ſyndicoſ deſuper requiſitus fuerit per apoſtolica ſcripta inſolidum mandamus quatenus p ſe vel aliū vel alios premiſſa vbi ⁊ quādo opus fuerit ſolemniter publicantes: ⁊ eiſdem fratrum p̄dicatorū ⁊ minorum ordinibus ⁊ illorum domibus ac profeſſoribus in premiſſis efficacis defenſionis preſideo aſſiſtentes faciant eos pacifica poſ-

Pene prelatorum ⁊ aliorū turbantium

De conſeruatoribus

ſeſſionem vel quaſi priuilegiorum ⁊ confeſſionum
hmõi gaudere:nõ ꝑmittentes eos ſeu teſtamento
rum executores ⁊ heredes p̃dictos contra illorum
tenorem per ordinarios et rectores predictos: aut
quoſcũqꝫ alios indebite moleſtari: aut eis grana
mina:iniurias atqꝫ danna inferri ſeu qũolibet ir/
rogari etiam ſummarie ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊
figura iudicij ſola facti veritate inſpecta ꝯtra quoſ
cũqꝫ cuiuſcũqꝫ qualitatis vel conditionis exiſtãt
⁊ quacũqꝫ eccleſiaſtica etiãꝫ parrochiali archiepiſ
copali ⁊ epiſcopali vel mondana forent dignitate
exemptione mutiqꝫ .in quibuſcunqꝫ cauſis ꝑ eos
mouendis quacũque ratione vel cauſa que excogi
tari poſſit eis miniſtrent iuſticie complementum
exequendo quod per eos fuerit ordinatam ⁊ illos
quos cenſuras ⁊ penas predictas incurriſſe conſti
terit illos irretitos eſſe declarent ac facient ⁊ man
dẽt interdictos ſuſpenſos ⁊ excommunicatos pu
blice nunciari ⁊ ab omnibus artius euitari ⁊ legi
timis ſuper his habẽdi ſeruatis proceſſibus illos
quotiens opus fuerit iteratis vicibus aggauare
procurent. Contradictores auctoritate noſtra ap-
pellatione poſtpoſita cõpeſcendo inuocato ad hoc
ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtã
tibus conſtitutionibus recolende memorie. Boni
facij pape.viij.quibus cauetur ne quis extra ſuam
ciuitatem ⁊ dioceſim niſi in certis ⁊ exceptis caſi/
bus ⁊ in illis vltra vnam dictam a fine ſue dioce
ſis ad iudicium euocetur ſeu ne iudices a ſede a-
poſtolica deputati extra ciuitaeꝫ ⁊ dioceſim in qui
bus deputati fuerint contra quoſcunque procede
re aut alij vel alijs vices ſuas cõmittere preſumãt
⁊ de duabꝰ dictis in cõcilio generali necnon q̃ inci

piunt Super cathedrã Bonifacij ⁊ dudũ viẽnen
ſis concilij ac recolẽde memorie Calixti pape .iij.
etiam predeceſſoris noſtri litteris alijſque apoſto
licis hac etiam prouincialibus ⁊ ſinodalibus con
cilijs editis ſpãlibus uel gnãlibus necnõ Octonis
Octoboni olim in regno Anglie aplice ſedis lega
torum conſtitutionibus eccleſiarum quoque ac lo-
corum quorumlibet ſtatutis ⁊ conſuetudinibus ⁊
inter quoſcunque dictorum ordinum fratrum pre
dicatorum ⁊ minorum profeſſores ac locorum or
dinarios ſeu rectores predictos initis ⁊ concluſis
ac hactenus obſeruatis pactis ⁊ conuentionibus
etiam iuramẽto confirmatione apoſtolica vel qua
uis alia firmitate roboratis. Necnon omnibus ⁊
ſingulis que Clemens ⁊ Eugenius prefati in pre
dictis eorum litteras voluerunt non obſtare cõtra
rijs quibuſcunque quibus omnibus illa ac ſi de ver
bo ad uerbum inſererentur ⁊ derogatoriarum de-
rogatorias clauſulas in ſe continerent preſentibꝰ
pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore ꝑ
manſuris quo ad premiſſa ſpecialiter ⁊ expreſſe
derogamus. Aut ſi patriarchis archiepiſcopis e
piſcopis ⁊ rectoribus prefatis ſeu quibuſuis alijs
communiter vel diuiſim a ſede prefata indultum
exiſtat quod interdicti ſuſpendi vel excommunica
ri aut extra vel ultra certa loca ad iudicium euoca
ri non poſſint per litteras apoſtolicas non facien-
tes plenam ⁊ expreſſam ac de verbo ad verbum de
indulto huiuſmodi mentionem ⁊ qualibet alia di
cet ſedis indulgentia generali uel ſpeciali cuiuſ-
cunque tenoris exiſtant per quam preſentibus
non expreſſam uel totaliter non inſertam effectus
earum ⁊ conceſſam eis iuriſdictionis executio im
pediri poſſet quomodolibet vel differri ⁊ de qua cu

clauſulis ad illarum ſolutionem non tenere ⁊ illa rum ſolutione ceſſando cenſuras ⁊ penas aliquas non incurrere: niſi preſentibus non per generales aut alias clauſulas ſpecialem mentionem impor tantes ſed alias ſit derogatum ſpecifice earum de verbo ad verbum in ſerto tenore. Et ne pretextu conſtitutionis Innocentij pape quarti predeceſſo ris noſtri que incipit Volentes locorum dioceſa ni ⁊ alij ordinarij ⁊ alij quicunque i perſonas aut locum fratrum predictorum. Contra eiuſdem cle mentis predeceſſoris in fine litterarum predicta rum ordinationem ſibi quicunque iuriſdictionem aut ſuperioritatem vendicare preſumant diſtricti us inhibemus ne quiſpiaꝫ abſque dicte ſedis ſpeci ali commiſſione aut auctoritate in perſonas: do/ mos ⁊ loca dicti ordinis fratrum minoꝝ ut: pote prorſus exempta: aliquam excommunicationis ſuſ penſionis ⁊ interdicti ſententias ſpāliter vel ge/ neraliter quomodolibet promulgare: aut in perſo nas. domos ⁊ loca huiuſmodi aliquam preminen tiam ſuperioritatem ⁊ iuriſdictionem quomodoli bet exercere preſumant etiam ratione: contractus vel delicti ſeu rei de qua ageretur vbicunque inea tur contractus cōmitatur delictum ⁊ res ipſa con ſiſtat. Decernimus quoque ex nunc quaſlibet ex communicationis ſuſpenſionis ⁊ interdicti ſenten tias: ⁊ quoſcunque proceſſus quaſuis penas ⁊ ſen tencias generales vel ſpeciales continentes quos ⁊ quas promulgari vel haberi: ⁊ omnia que con tra fratres domos ⁊ loca dicti ordinis quomodo libet fieri cōtigerit: etiā eorum exemptiōe utpote notoria nō aliter allegata nullius roboris uel mo menti eſſe: ꝑ infectis ꝓrſus haberi debere. Prete rea qꝛ parrochialium eccleſiaꝝ rectores prefati ex

Nullo modo poſſūt frēs ex cōmunicari quāuis cā ꝑ quoſuis pre latoſ eccleſia ſticos.

No. ꝙ exem ptio ordinis eſt notaria

ga illos qui dictis fratribus ordinis minorum eorum peccata confitentur perſepe ſe reddunt in exhibitione eucariſtie ⁊ extreme vnctionis difficiles Concedimus ipſis fratribus ordinis minorum vt eiſdem perſonis eis confeſſis quibus rectores prefati ſine rationabili cauſa denegauerint ſeu malicioſe diſtulerint eucbariſtie ſeu extreme vnctionis ſacramenta miniſtrare ſuper quo eorundem confeſſorem aſſertioni ſtari debeat illa petentibus poſſint impune exbibere Et cum aliquando cōtingat monaſteria monalium ſancte clare ⁊ minoriſarum ſeu ſanti damiani nuncupatarum moniali⁊bus deſtitui adeo vt de eorum reformatione ſpes nulla ſuperſit conuenientiſque ſic ꝙ illorū ſic deſtitutorū bona ad ipſos fratres deueniant quorum erant cure cōmiſſa quā ad alios illa que ſic deſtituta exiſtunt ⁊ deſtitui contigerit in futurum cum eorum bonis omnibus perpetuis vſibus fratrum domus dicti ordinis minorū eiuſdem deſtitutis monaſterijs propiquiores applicamus: ita vt fratres ipſi poſſint de illis ⁊ eorundem monaſteriorum ſtructuris ⁊ edificijs pro eorum voluntate diſponere ¶Prouiſo ꝙ illorū eccleſie ⁊ oratoria ad pſanos vſus non redigantur ſed in illis quandoque diuina celebrantur officia. Inſuper eſt nonnulli ad ordinem predictum fratrū minorū ſpecialem gerētes deuotionis affectū ordinēt eoꝝ cadauera cum babitu fratrum minorum aut ſororum dicti ordinis de penitentia ſepeliri ne ex illorum corporum delatione ad alia loco ordini ⁊ fratribus predictis iniuria irrogetur decernimꝰ apud tales frēs ipſos eſſe ſepeliēdos etiā ſi alibi ſuā eligiſſent ſepulturā nec poſſe etiā in loco ꝑ eos electo cū babitu quomodolibet ſepeliri aut ad ſepeliēdū portari abſq;

Monaſterijs monialiū dēſtituta ad cōuētus fratrū ſpectant.

De eligētibꝰ ſepeliri cum abitu ordinis

fratrum domus loci in quo tales deceſſerint exp̄ſ
ſa licentia ⁊ aſſenſu Ceterum ne ſi ratione parro
chialium eccleſiarū apud quas domus eorūdem
fratrū ꝯſtructe fuere aut ꝯſtruerētur i poſterū loco
rum ordinarij in eoſdē fratres aliquā ſuperiorita
tem vendicare tēptarent fratrū eorūdem quies in
aliquo ꝑturbaretur concedimus eiſdē fratribus ut

De capellano gerente curaȝ animarum in eccleſijs

in ſic cōceſſis ⁊ quas eis ꝯcedi contigerit curatis
eccleſijs poſſint per capellanum per eos pro eorū
nutu ponendum ⁊ amouendum curam huiuſmodi
exercere qui quādiu capellanatus huiuſmodi fun
getur officio: ac ſi dicti ordinis minorum profeſſor
exiſtat dictorum fratrum minorum libertate ⁊ ex
emptione fruatur. Eccleſie uero predicte ⁊ illorū
bona illa qua domus fratrum dicti ordinis prero
gatiue letentur. Et dicti ordinis profeſſoribus om
ninovagandi tollātur occaſio ⁊ ad apoſtolicā ſedē
recurrendi ſubtrahatur propoſſe neceſſitas genera
li ⁊ prouincialibus miniſtris dicti ordinis ꝑ tēpoꝛ

De diſpēſatō ne irregulariū

exiſtētibus ⁊ illoꝝ vicarij diſpēſandi cū dicti ordi
nis minoꝝ ꝓfeſſoribus defectu nataliū ex adulte/
rio: ſacrilegio: inceſtu ⁊ quouis alio nephario ⁊ il/
licito coitu ꝓueniēte patientibus necnō cū his q
ex quauis cauſa p̄terq̄ȝ omicidij volūtarij bigamie
⁊ mutilationis mēbroꝝ irregulares forēt poſtquā
ordinē ipȝ ꝓfeſſi fuerit vt defectu ⁊ irregularitate
hi⁹ non obſtāte irregualares ipſi ad q̄ſcūqȝ ēt ſa
cros ordines ꝓmoueri ⁊ millis ēt litaris miniſte•
rio miniſtrare ⁊ tā ipſi irigulares q̄ȝ ꝺfectū nataliū
patiētes p̄dicti ad q̄cūque adminiſtratiōes ⁊ offi
cia dicti ordinis elegi recipi ⁊ aſſumi illaqȝ gereꝛ ⁊
exerceꝛ libere ⁊ licite valeāt motu ſciētia ⁊ auctori
tate p̄dictis ꝯcedim⁹ ꝑ p̄ſētes Rurſus intelleximꝰ
q̄ ⁊ ſi bone memorie Joānes papa. xxij. p̄deceſſor

noſter illorum opinionem qui aſſerebāt ꝙ confeſ-
ſi fratribus predicti ordinis ⁊ aliorum ordinū mē
dicantium ad audiendas confeſſiones iuxta iuris
diſpoſitionem deputatorum pro tempore tenceban
tur eadem peccata rectori eorum parrochialis ec
cleſie iterum confiteri reprobauerit. Et deinde pre
fatus Eugeni⁹ p̄deceſſor reprobationē huiuſmōi
approbauerit contra talia aſſerentes tanquā de
hereſi ſuſpectos per locorum ordinarios inquiri ⁊
procedi mandauerint: ac ſucceſſiue pie memorie

ꝙ inqſitores pñt ꝓcedere ɔtra aſſeren- tes ꝙ cōfeſſi ſſib⁹ iterū te nētur ɔfiteri.

Nicolaus papa quintus ſimiliter p̄deceſſor nr̄ ge
ſta in premiſſis ab eiſdem. Joanne ⁊ eugenio pre
deceſſoribus robur perpetue firmitatis obtiere de
bere decreuerit: nihilominus adhuc nonnulli eo-
rum inherentes proterue: opinionem predictam:
⁊ deſuper factos damnatos ⁊ male ſonantes ac re-
probos articulos veros eſſe affirmare non ueren
tur: vt talium preſumptuoſa temeritas tanto mi
nus inualeſcat quanto plurium erit ſuperiorum
correctioni ſubiecta conceſſam ɔtra tales per eiuſ-
dem eugenij predeceſſoris lr̄as locorū ordinarijs
facultatem ad inquiſitores heretice prauitatis ex
tendimus ac volumus ꝙ inquiſitores ipi quicūqʒ
fuerint eadem qua ordinarij contra tales auctori
tate fungantur. Poſtremo cum predicatorum ſi
cut ⁊ predicti minorum ordinum profeſſores fidei
dei catholice dilatatione continue indefeſſe labo
rent: fructuſque afferant in eccleſia dei ſaluatores

cōmunicatio preuilegiorū ordinū predi catorū ⁊ mi norum.

⁊ propterea fuerint varijs per ſedē predictam pri
uilegijs decorati: vt quos par labor pariaque me-
rita coniungunt: paria coniungant priuilegia et
fauores eiſdem ordinis minorum profeſſoribus: vt
conceſſis fratribus predicatoribus et eiſdem pre
dicatorum ordinis fratribus vt premiſſis aut alijs

20

eorum multiplicationem frigeſcent nõnunq̄ꝫ erga eos in nõnullis mundi partibus fidelium charita-te ex incerta mendicitate ꝛ minutis elemoſynis ſe ſuſtentare: ꝛ illis qui ſacre theologie ſtudijs vt eorũ ingenia rore ſapientie illuſtrata incultos ad fertiles actus derigere poſſent operam prebent neceſſaria miniſtrare ſtructuras ac edificia domoruꝫ dicti ordinis conſeruare non poſſunt illaqꝫ plurimũ ad ruinam tendere dinoſcantur ꝛ a nonnullis re-uocetur in dubium: an perſone per eoſdem generalem ꝛ prouinciales miniſtros ac cuſtodes iuxta litteras prefati. Martini quarti p̄deceſſoris noſtri ꝑ tempore nominate hereditates in quibus domus ſeu fratres dicti ordinis aut domorum eorundem eccleſie vel capelle aut picture ſeu fabrice inſtituũtur vel ſubſtituuntur: ꝛ que ad eos ſi capaces forẽt alias deuoluerentur petere cõſequi ꝛ habere poſſint nomine prefate romane eccleſie ꝛ bona hereditatum earundem vendere: ꝛ vſus licitos eorundem fratrum cõuertere valeant iuxta predictarum litterarum cõtinentiaꝫ: fueritqꝫ ꝓpterea pro ꝑte dicti ꝫaneti de vtino nobis humiliter ſupplicatuꝫ vt voluntateꝫ: ſtatutum: decretum ꝛ conceſſiones ac quaſcũqꝫ alias litteras a ſede apoſtolica circa premiſſa dicto ordini conceſſas: ac in illis contenta dicta predeceſſorum pro illorum ſubſtinentia firmiori noſtre approbationis munimine: roborare ac alias predictorum fratrum neceſſitatibus opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur prefati ordinis qui omnium conditori gratiſſimus eſt. ꝛ pie deuotioni fidelium acceptus. vt illius perſonarum quarum predicationibus verbi: ꝛ euangelice veritatis ſacrorumque eloquiorum explanatione conſilijs et cha

ritatiuis admonitionibus fideles ipſi circa anima
rum ſuarum ſalutem magna commoda conſequū
tur ſtatum proſperum ⁊ felicez intenſis deſiderijs
affectantes necnon pias decedentium. quorū am-
plius non redit arbitrium uoluntates executioni
mandari. Et ex eis que diuine propitiatiōis intui
tu pia largitione fidelium conceduntur ſtricturas
⁊ edificia domorum dicti ordinis ac ſtudiuz ſacre
theologie in ordine predicto manuteneri: ⁊ eiuſdē
ordinis profeſſoribus huiuſmodi ſtudio vacare vo
lentibus vt id commode facere poſſint ſubueniri:
chriſtiane reipublice per maxime vtile ac neceſſa
rium fore: ac inter ſumme meritoria ac deo grata
opera non immerito connumerari poſſe ⁊ debere
putari huiuſmodi ſupplicationibus inclinati pre
dictas ⁊ quorūcunqz aliorum. Romanorum pon
tificum etiam predeceſſorum noſtrorum ⁊ preſer
tim recolende memorie Eugenij pape quarti cir
ca premiſſa dicto ordini ſimiliter cōceſſas litteras
apoſtolicas ⁊ in eis cōtenta dicta auctoritate apo
ſtolica ⁊ ex certe ſcientia ac de plenitudine poteſta
tis ſupradicte preſentium tenore approbamus ro
bur perpetue firmitatis obtinere ⁊ obſeruari debe
re decernimus: ⁊ Nichilhominus volumus: hac
eiſdem auctoritate: ſcientia ⁊ poteſtatis plenitu
dine ſtatuimus. ⁊ ordinamus quod de cetero per
petuis futuris temporibus inſtitutiones ⁊ ſubſti
tutiones relicta Legata: donationes inter: viuos
⁊ cauſa mortis alieque pie ⁊ non pie diſpoſitiones
quecunque quocunque. nomine nuncupentur tam
ſimplices ⁊ pure quam conditionales ⁊ modales
fratres ⁊ domos dicti ordinis ipſarūque domorū

eccleſias capellas:picturas ⁊ fabricam ſeu illorū
cōmodum ⁊ fauorem quomodolibet concernimus
hactenus facte ⁊ in poſterum perpetuis futuris
temporibus faciende: etiam ſi in tempore inſtitu
tum ſubſtitutionum:relictorum fidei commiſſorū
legatorum:donationum aliorumque diſpoſitio-
num huiuſmodi fratres ipſi in quorum fauorem
emanarent nondum ordinem predictum ingreſſi
forent eidem Romane eccleſie ⁊ de illa ordini ⁊
fratribus ac locis eorundem facte eſſe intelligan
tur ⁊ eundem plenarium ſortiantur effectum quē
ſortirentur ſi nominatim ⁊ expreſſe prefate roma
ne eccleſie ⁊ de illa ac in eius fauorem facte forent
ne poſſint Pretextu incapacitatis eorundem fra
trum quouis modo de inualiditate notari :heredi
tates vero que eiſdem fratribus ſi in ſeculo forent
ab inteſtato preferentur prefate romane eccleſie
que ipſorum fratrum locum quo ad hoc teneant
deferantur.ipſa quoque romana eccleſia quo ad
hereditates ⁊ bona que ordinem ipſum ingredien
tes ſub conditione mortis eorum ſine filijs reſtitu
ere grauati ſunt filiorum bonum teneant ſicut te-
nent monaſteria proprium habentia in communi
ſi tales.grauati illi ingreſſi forent.Quodque ea-
dem romana eccleſia:⁊ pro ea illius ſyndici iuxta
litterarum predictarum Martini quarti prede-
ceſſoris noſtri prefati tenorem pro tempore nomi
nati in ſubſtitutionibus relictis legatis. donati-
onibus alijſque pijs ⁊ non pijs diſpoſitionibus pre
dictis necnon ex illis Que ab inteſtato profeſſori
bus dicti ordinis ſi capaces forent deferrentur he
reditatibus ⁊ bonis Que ingredientes ,omnes.

ordinem ipſum ſub conditione mortis eorum ſine
alijs reſtituere grauati ſunt id totum petere conſe
qui ⁊ habere poſſint ac ſi inſtitutiones ſubſtitutio
nes relicta legata ,donationes alieque diſpoſitio
nes huiuſmodi in ipſius romane eccleſie ,vtilitatẽ
nominatim emanaſſent vel emanerent,ipſeque ab
inteſtato hereditates ipſi romane 'eccleſie ſiue ip
ſius fiſco delate forent ⁊ quod retinerent filij tali
um de reſtituendo ſub conditione mortis ſine filijs
grauatorum ſi extarent habeant quoque ſyndici
prefati circa premiſſa parem,quam idem .Marti
nus quartus predeceſſor eos habere voluit circa
in eiſdem litteris ſuis contentam facultatem Vo
lumus tamen ꝙ bona que eos nomine eiuſdem ro
mane eccleſie premiſſarum ⁊ preſentium litterarũ
tenore vigore conſequi contigerit iuxta earundem
tenorem alienare ⁊ in vſus licitos eorundem fra
trũ preſertim in fabricam ⁊ reſtaurationem ſtru
cturarum ⁊ edificiorum domorum fratrum eorun
dem necnon manu tentione ſtudij ſacre theologie
⁊ ſtudentium in illa ſuſtentatione conuertere de
beant ⁊ teneantur de conſilio ⁊ aſſenſu fratrum ⁊
capituli conuentu vel loci cui talia relicta ⁊ lega
ta ſunt auctoritate dicti generalis uel miniſtri ꝓ
uincialis etiam accedente Non obſtãtibus con
ſtitutiõibus ⁊ ordinationibus apoſtolicis ac dicti
ordinis regularibus inſtitutis ⁊ illorum declarati
onibus necnon iuramento confirmatione apoſto
lica uel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis
conſuetudinibus ceteriſque contrarijs quibuſcum
que. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pa
ginam noſtre approbatiõis decreti voluntatis ſta
tuti ⁊ ordinationis infringere. vel ei auſu temera
rio contrarie,Si quis autem hoc attemptare pre

ſuſque toto tenore habendā ſit In noſtris litteris
mentio ſpecialis. Nos enim ex nunc illa ⁊ quecun
que alia que in futurum per nos uel ſedem apoſto
licam quomodolibet concede diſtatui decerni uel
ordinari contigerint contra Clementis ⁊ Eugenij
aliorumque predeceſſorum predictorum ⁊ preſen
tium litterarum huiuſmodi tenorem necnon ſecuſ
ſuper his aquoquam,quauis auctoritate ſcienter
vel ignoranter attemptari contigerit irritta ⁊ ina
nia nulliuſque roboris vel momenti eſſe decerni
mus Et quia difficile foret preſentis literas ad ſin
gulas prouincias originaliter deſtinare volumus
⁊ dicta aucte decernimus quod trāſeuntis earum
manu notarij publici ⁊ curie cauſarum camer apo
ſtolice aut alicuiꝰ epiſcopalis vel archiepalis ſigil
lo munitis ea prorſus in iudicio ⁊ extra vbicum-
que exhibita vel oſtenſa fuerint fides adhibeatur
hac ſi orriginales littere forent exhibite·vel oſten
ſe. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pa-
ginam noſtrorum approbationis conſtitutionis

De tranſum tis quibus fi des adhibea tur.

ordinationis ſtatuti decreti conceſſionis indulti
voluntatis applicationis inhibitionis extēſionis
ſolidationis mandati ⁊ derrogationis infringere
vel etiam auſu temerario contrarie Siquis autem
hoc atemptare preſumpſerit indignatiōem omni
potentis dei ⁊ beatoruz Petri ⁊ Pauli apoſtolo
rum eius ſe nouerit incurſurum :Datum . Rome
apud Sanctum Petrum Anno incarnationis do
minice Milleſimo quatrigenteſimoſeptuogeſimo
quarto.pridie Kalendas ſeptembris Pontifica
tus noſtri Anno quarto.

Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Ad p
petuam ei memoriam. Dum fructus vberes
quos ſacri ordinis fratrum minorum profeſſores

circa propagatione religionis ⁊ fidei in argo mili
tantis eccleſie pre incrementa temporum magnis
laboribus crebris vigilijs ⁊ indefeſſo animo ꝓdu-
xerunt hactenus producunt ac in futurum produ-
cturos eſſe ſpe firma confidimus : diligenter at-
tendimus dignum ſemus et congruum vt in his
que illorū proſperitates ⁊ commoda ꝯcernere poſ
ſent eos benignis fauoribus perſequamur. Dudū
ſiquidez felicis recordationis Martinus papa q̄r
tus predeceſſor noſter cupiens honeſta adhibere
remedia quibus dicti ordinis pura obſeruantia in
ſuo vigore ſeruaretur ⁊ vt fratres eiuſdez ordinis
excluſis quibuſlibet ſollicitudinibus : liberius et
quietius diuinis vacarent obſequijs ac offerentiū
donatuz : aut i vltima volūtate relinquentiū dicto
ordini ſeu illius fratribus aliquid propter deū pia
intentio non fraudaretur. Romana quoqz eccle-
ſia ad quam omnium rerum mobiliū ⁊ immobili-
um quibus fratres ipſi. vt. poſſunt ius proprieta-
tes ⁊ dominium nullo medio pertinet. ⁊ ad quam
fratres ipſi quotiens neceſſitas ingruebat vel vti
litas perſuadebat recurre ſoliti erant a cura ⁊ ſol-
licitudine prouidendi eorundem fratruz neceſſita
tibus releuaretur: necnon heredum ⁊ executorum
piarum voluntatum defunctorum ⁊ negligentijs
obuiaretur. ipſiqz fratres ſecūdum modos premiſ-
ſos ⁊ licitos: relictis ſibi elemoſynis gaudere vale
rent per quaſdam ſuas litteras apoſtolica auctori
tate ⁊ de poteſtatis plenitudine voluit: ſtatuit ⁊ d̄
creuit quod ſpeciales perſone per generalem ac-

prouinciales miniſtros: ac cuſtodes dicti ordinis nominande in premiſſis adminiſtrationem legitti mam: generalez ꝛ liberaz dicta auctorite gererent ꝛ veri legittimiqz adminiſtratores: iconomi: ſyndi ci ꝛ actores eſſent: ac res ipas ꝛ eorum precium: pꝛe dictaſqz elemoſynas nomine ipſius romane eccle ſie reciperent: ꝛ in ipſorum fratrum vtilitates pro ut eis liceret ex regula vel eius declaratione ſicut ꝛ quando ab eiſdem generali ꝛ aliquo ex prouin cialibus miniſtris cuſtodibus in prouincia vel cu ſtodia ſibi decreta vel ab eiſdem fratribus vel ipſo rum generalis vel prouincialis miniſtri ac cuſto dis aſſenſu forent requiſiti conuertere poſſent ꝛ de berent cum plena generali ꝛ libera poteſtate petē di: exigendi: recipiendi: alienandi tranſigendi pa ciſcendi: conueniendi: compromittendi: renuncian di: refutandi: quietationem faciendi: comparandi: agendi: defendendi: ac in anima eorum de calum nia ꝛ de veritate dicenda iurandi ꝛ cuiuſ libet al terius generis iuramentum preſtandi cum illis ꝛ contra illos qui huiuſmodi res mobiles ꝛ immo biles aut precium earum vel relictas elimoſynas fratribus in teſtamentis occuparent vel violenter auferrent: ſiue contra voluntatem fratrum quo modolibet detinerent. Et generalit in omnib⁹ cau ſis pro rebus ꝛ locis huiuſmodi ad ipſam Roma nam eccleſiam ſpectantibus ipſorum fratrum ſui conceſſis: necnon pro immunitatibus libertati bus: iurib⁹ priuilegijs ꝛ indulgentijs eorū ſiue cu iuſlibet: dationis aut cautionis onore preſa

ta auctoritate in iuditio ⁊ extra plenam generalez ⁊ liberam ptātem haberent. Conceſſit quoqꝫ eiſdem generali. ⁊ prouincialibus miniſtris necnō cuſtodibus plenā generalez ⁊ liberam ptātem perſonas huiuſmodi que non eſſent de dicto ordine pro ſingulorum locorum indigentia nominandi ⁊ perſonas eaſdem ac earum quālibet reuocandi ⁊ eoꝝ loco alias ſubrogandi vel nominandi ꝑ ſupradictum modum nominationis quotiens opportunū foret qui eandez in predictis vel ſimilem haberent poteſtatez. Et deinde pie memorie. Martinus papa quintus ⁊ predeceſſor noſtre per alias litteras ſuas cōceſſit p̄fato generali donec aliud ꝑ ſedez apoſtolicaꝫ foret ordinatuꝫ facultatem cōcedendi ꝑ curatoribus domoꝝ ⁊ locoruꝫ dicti ordinis pro tē pore exiſtentibus vt poſſeſſiones ⁊ bona quecūqꝫ mobilia ⁊ immobilia ac annuos ꝓuentus hacten⁹ prefato ordini ⁊ eius cōuentibus relicta ⁊ in poſteruꝫ relinquēda: aut alijs nominibus acquiſita vice ⁊ nomine romane eccleſie recipere: tenere ⁊ poſſidere. ac ipſorum fructus redditus ⁊ prouentus petere exigere ⁊ percipere: ipſoſqꝫ in cōmodum ⁊ vtilitatem ipſorum fratrum ꝯuentuū ⁊ locorum eorūdē ⁊ alias in vſus eius quibus relicta ⁊ deputata forēt dūtaxat: ⁊ de ipſoꝝ fratrū ꝯſilio requiſitione ⁊ aſſenſu ꝯuertere ⁊ exponere poſſent ⁊ deberēt ꝑut in ſingulis dictoꝝ p̄decessoꝝ litteris huiuſmodi plenius continetur. Cuꝫ autez ſicut exhibita nobis inſuꝑ. ꝓ ꝑte dilecti filij zaneti de vtino dicti ordinis generalis miniſtri ⁊ theologie ꝓfeſſoris petitio cōtinebat noſqꝫ etiaꝫ dū in minoribus conſtituti ipſius ordinis generalis miniſtri fungeremur officio experiētia comprobauimus dicti ordinis fratres domino benedicente pullulauerint: ꝙ propter

In nomine domini amen Nouerit vniuerſi ꝛ ſinguli p̄ſentes lr̄as ſiue p̄n̄s publicū tranſumptū iſtrumētū iſpecturi: viſuri: lecturi parit̄ ꝛ audituri. Q̄ð nos ioānes, prioris decretoꝝ doctor Baſilice beate marie maioris de urbe canonic⁹ ſanctiſſimi dn̄i nr̄i pape capellan⁹ ipſiuſqꝫ ꝛ ei⁹ Camerarij necnō curie cauſaꝝ camere aplice generalis auditor. ꝛ ad venerandi fratris Matei de nouaria ordinis fratrum minoꝝ de obſeruantia ꝛ totius ipſius ordinis familie ciſmōtane procuratoris ꝛ comiſſarij inſtātiā ꝛ requiſitionē omnes ꝛ ſingulos ſua cōmuniter vel diuiſim intereſſe putantes eorūque ꝓcuratores ſi qui tūc erant in romana curia ꝑ eiſdē ad vidēdū ꝛ audiēdū litteras ſanctiſſimi i xp̄o patris ꝛ domini noſtri dn̄i. Sixti diuina ꝓuidētia pape. iiij. infraſcriptas tranſumi ꝛ exēplari ꝛ in publicam trāſumpti formam redigi mandari noſtramque ordinariam auctoritatē ꝑ nos vt moris ē iterponi vl̄ dicēdū ꝛ cauſā ſi q̄s hābebāt rationabilē q̄re p̄miſſa fieri minime d̄beāt allegari ꝑ edictū publicū i valuis ſcti celſi d̄ dicta vrbe ꝑꝑ feriales generales iā dicta vt moris ē affixum citari mādauimus ꝛ fecimus ad certū ꝑemptoriū terminū ꝯparēdū videlicet ad die ꝛ horā infraſcriptis Quibus aduenīēdis comparuit corā nobis in iudicio prefatus frater. Matheus procurator ꝛ commiſſarius ꝛ litteras apoſtolicas eiuſdem domini noſtri Pape vera bulla plumbea cum filis ſericeis rubei croceiqꝫ coloris vt moris ē bullatas ſanas ꝛ itegras ꝑ eū corā nobis p̄ſitatas trāſumi ꝛ exēplari ac in publicā formā redigi ꝑ nos iſtāter poſtulauit tenor vero lr̄aꝝ p̄dicatoꝝ ſeqt̄ur ꝛ ē tal̄ D ij

D[1] ero fine

Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Ad ꝑ
petuam rei memoriam. Sacri predicatorum
⁊ minorum fratrum ordines inſtar duorum primo
rum fluminum ha celeſtium voluptatum ⁊ ame-
nitatum paradiſo egrediendo ſacro ſancte vniuer
ſalis eccleſie terram ne mundanorum cupiditatū
⁊ vero calore areſcat preclare doctrine virtuoſo/
rumque operum ac multiplicium meritorum im/
bribus irrigantes magis ac magiſter illam in dies
fructuoſam. Hic ſunt duo ſeraphin qui in ſublime
contemplationis ⁊ ſacrificij amoris alis eleuati a
terreniſque rebus abſtracti aſſiduo diuinarum lau.
dum clamore ⁊ imenſorum benificiorum hūano
generi a ſummo opifice deo exhibitorum declatio
ne feruentiſſimis predicotionibus populos inſtru
endo ⁊ ad celeſte iter dirigēdo inſiſtentes multipli
cata talenta eis credita domino deo modo de ſege
tis animarum ſcꝫ redemptoris noſtri Jeſu xp̄i pre
cioſi ſanguinis effuſione redemptarum copioſos i
horrea ſancte eccleſie manipulos referunt hic ſunt
due tube per quas dominus precepit ad papulum
ſacri euāgelij populum vniuerſum aſſiduis predi
cationibus aduocare ⁊ i eo oēm terrā exiret ſonus
eoꝝ ⁊ redderēt ſibi populū acceptabilē ⁊ bonorum
operum ſectatorē. Ad predictoꝝ igitur p̄dicatoꝝ
⁊ minorum fratrum ordines. quos eorum ampliſ
ſimis meritis vberimis fructibus quos in die ec-
cleſia ꝯtinue afferrūt p̄ceteris paterna charitate
diligimus noſtre conſiderationis intuitū dirrigen
tes: illa eis libēter ꝯcedim⁹ q̄ in eis optate quietis
fructū iducāt ⁊ ſtatū eorū faciāt pacificū ⁊ trāquil
lū. Dudū ſiquidē vt ordinū eorūdē ꝓfeſſoꝝ ſtatui
⁊ quieti ꝯſulerim⁹ motu ꝓprio nōnullas litteraꝝ
diuerſoꝝ romanoꝝ pōtificū predeceſſoꝝ nſoꝝ di

ctis ordinibus conceſſas ⁊ in illis contenta appro
bauimus ⁊ quo ad aliqua declarauimus amplia-
mus ⁊ extendimus ac nõnulla eis de nouo conceſ
ſimus prout in diuerſis noſtris litteris de ſuꝑ con
fectis plenius continetur Cum autẽ ſicut poſtmo
dum accepimus ꝑ hmõi ampliationes declara-
tiones extenſiones ⁊ conceſſiones adhuc totali eo
rundẽ ordinũ ⁊ illorũ ꝓfeſſoꝝ quieti plene vt expe
dit nõ ꝯſulatur aſſeraturque nõnullis ꝑ eaſdẽ litte
ras omnes gratias ſpũales ⁊ temporales dictis or
dinibus ⁊ eoꝝ domibus ⁊ fratribus p̄deceſſorib⁹
noſtris ꝯceſſas approbatas nõ fore: Nos attenta
meditatione penſantes quantum vtilitatis ad ex
altationem chriſtiane fidei ⁊ euãgelice veritatis
ordinum predicatorum profeſſores hactenus at-
tollere ⁊ afferre valeant adiuuante domino in fu
turum ac propterea volentes vt tenemur eorum
tranquilitati vberius prouidere. Motu ſili non ad
ipſorum fratrum ⁊ ſororũ aut alterius ꝓ eis no
bis ſuꝑ hoc oblate petitionis inſtãtiam ſed de no
ſtra mera liberalitate ⁊ ex certa noſtra ſciẽtia quaſ
cunque litteras ⁊ gratias ſpirituales ⁊ tempora-
les conceſſiones vt indulgentias ac peccatorum
remiſſiones in genere vel in ſpecie fratribus ⁊ ſo
roribus predicatoꝝ ⁊ minorum ordinum ⁊ domo
rum eorumdem necnon viſitantibus eorum eccle
ſias ⁊ capellas ⁊ oratoria conceſſas quarum teno
rem ac ſi de uerbo ad uerbum preſentibus inſere
rentur haberi voluimus pro expreſſo preſentibus
tenore approbamus ⁊ robur firmitatis ꝑpetue ob
tinere d̄bere decernimus ¶ Proque potiori caute
la apl̄ica auctoritate de nouo iuxta litterarũ deſuꝑ
ꝯceſſaꝝ ꝯtinẽtiã ⁊ tenorẽ ꝯcedimus ⁊ largimur ⁊
vt, eccleſie domus ⁊ oratoria p̄dicatorũ ⁊ minorũ

oꝛdinū p̄dictoꝝ ꝑ vniuerſum oꝛbē ꝯſtructe ⁊ edifica
te ⁊ q̄ ꝯſtrui ⁊ edificari ꝯtigat i futuꝝ ꝯgrua duo-
tiōe a xp̄i fidelib⁹ viſitētur ac q̄ imp̄fecte ſunt p̄fici
antur. ⁊ ad cōplementū deducantur ac cōplete cō
ſeruentur ⁊ manuteneantur necnon paramētis. ⁊
alijs ad diuinū cultuꝫ neceſſarijs debite oꝛnētur.
Ipſiqꝫ xp̄ifideles ad dictas eccleſias eo libentius
cōfluant. ⁊ ad p̄miſſa manus promptius poꝛrigāt
adiutrices quo ex hoc ibidē dono celeſtis gr̄e con
ſpexerint ſe refectos de omipotentis dei miſericoꝛ
dia ac beatoꝝ Petri ⁊ Pauli apoſtoloꝝ eius au
ctoꝛitate cōfiſi: vniuerſis ⁊ ſingulis xp̄ifidelibus v
triuſqꝫ ſexus vere penitentib⁹ ⁊ cōfeſſis qui eccle
ſias ⁊ oꝛatoꝛia domoꝝ fratruꝫ p̄dictoꝛuꝫ in ſingu
lis ſancti. Dominici ⁊ ſcti frāciſci centū annos et
totideꝫ quadragenas ⁊ in ſan. Pe. mar. Thome
de aquino. Uincē. ⁊ ſancte Catherine de ſenis. ac
ſanctorum Antonij de padua ⁊ Lodouici epiſco
pi Bernardini ⁊ ſancte Clare ⁊ beate Elizabet fe
ſtiuitatum diebus: a pꝛimis veſpis ⁊ ꝑ totā diem
ipaꝝ feſtiuitatū qn̄qgita ānos ⁊ totidē q̄dragenas
duote viſitauerit annūtiati ⁊ man⁹ ad p̄miſſa eut
coꝝ aliq̄ poꝛrexerint adiutrices diniūctꝫ penitētijs
eis miſericoꝛdit relaxam⁹ pn̄tib⁹ perpetuis futuris
tpb⁹ valituris ⁊ vt p̄dictoꝝ p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ oꝛdi
num fratres tanto feruentius diuinis beneplaciti
inſiſtant quāto maioribus ſpiritualibus ſe viderit
gratijs foꝛe munitos omnibus ⁊ ſingulis predica-
toꝛum minoꝛum oꝛdinum predicatoꝛum profeſſo
ribus qui nunc ⁊ pro tempoꝛe perpetuo erunt. vt
confeſſoꝛ idoneos, eorundem oꝛdinum quem quili
bet ꝓ ſe de ſui ſuperioꝛis licētia duxerit eligēdum
corūdē ꝯfeſſione diligēter audita, ꝓ cōmiſſis ꝑ eos
exceſſibus ⁊ peccatis ſemel in vita in foꝛma ꝯfeſſio

nalis p nos edita. In mort; vero articulo plenariā absolutionē ⁊ pctoꝝ hmōi remiſſionē ipēdere valeat: etiā ſi ante factā eorundē ordinū pfeſſionē eos decedere cōtingeret. Silr̄ motu ſcientia ⁊ auctoritate indulgem⁹ facultatē a p̄deceſſorib⁹ nr̄is cōceſſā magr̄o generali priorib⁹ puīcialib⁹ ⁊ cōuētualib⁹ ac eoꝝ p̄dicatoꝝ ⁊ generali ac puīcialib⁹ miſtris ac eoꝝ uicarijs nec nō cuſtodib⁹ minoꝝ ordinū p̄dicatoꝝ ſup abſolutione fratrū eorūdeȝ ordinū ſuoꝝ et diſpēſatiōe cū eiſdē in qbuſcūqȝ caſib⁹ p̄terq̄ȝ illis p qb⁹ eſſent ad ſedē aplicaȝ mittēdi ⁊ p nos approbataȝ cū declaratiōe caſuuȝ p qb⁹ mittēdi ſunt p ſtringentes volum⁹ q magiſter ⁊ miſter generales p̄fati ⁊ eoꝝ vicarij ⁊ illi qb⁹ ip̄e magr̄ ⁊ miniſter generales p tp̄e duxerint cōmittēdū dūtaxat ⁊ non alij facultate p̄dicta decetero vti poſſint illā omnibus alijs penitus adimentes Et ne propter monaſteria monialium ſeu ſororum ſub cura ⁊ inſtitutis ordinis ⁊ Predicti fratrum predicatorum ⁊ ſancte clare ſeu ſancti Damiani ordinuȝ ſub eiuſdem fratruȝ minoruȝ ordinis cura degentia ſancti Dominici ⁊ ſancti francifci de penitētia nūcupatorū ordinū vtriuſqȝ ſexus pſonas contingat eorundē fratrum quietem turbari motu ſcia ⁊ auctoritate p̄dictis ſtatuim⁹ q hmōi monaſteria ⁊ loca eorūqȝ abbatiſſe prioriſſe pcuratores ſyndici oblati ⁊ vtriuſqȝ tertij ordinis p̄dicte de penitētia nūcupate pſone predicte eiſdeȝ priuilegijs imnnitatibus gratijs fauoribus cōceſſionib⁹ facultatib⁹ ⁊ indultis ſpūalibus ⁊ tp̄alibus p̄dictis ⁊ fratrū p̄dicatoꝝ ⁊ minorum ordinibus ⁊ illoruȝ profeſſoribus domibus ⁊ locis ac pcuratoribus ⁊ ſindicis oblatis ⁊ cōuerſis ſeu alijs quolibet per p̄deceſſores noſtros aut nos hactenus cōceſſis ⁊ in poſterū concedendis quauis

auctoritatē quaten⁹ earuʒ ſexui ꝛ ſtatuit non cōtra
dicant libere ꝛ licite vti poſſint ꝛ debēt in omnib⁹
ꝛ per omnia prorſus ꝛ ſine vlla differentia ac ſi ieſ
deʒ monaſterijs locis ꝛ pſonis abbatiſſis ſindicis
pcuratoribus oblatis ꝛ cōuerſis ſororuʒ ꝛ monia
lium eorundem ac pſonis vtriuſqʒ ſexus de peni-
tentia huiuſmodi nominatim cōceſſe forēt ꝛ cōce
derentur expſſe. ppterea qꝛ vt intelleximus exor/
tis nonnunꝙ ꝯtrouerſijs inter locoruʒ ordinarios
eorūqʒ vicarios ſeu officiales ꝛ curatos ꝛ fratres
pdictorum ordinū varijs occaſionibus locoruʒ or
dinarij eorūqʒ vicarij ſeu officiales ꝛ curati predi
cti ne chriſti fideles fratribus ipſis pias eccleſias
erogare pſumant ſuadere ꝛ etiam ſub cenſuris in
hibere ac erogantes excōicatos fore pdicare ſeu p
dicari facere ſeu pnunciare pſumūt. Locoruʒ ordi
narijs eorūqʒ vicarijs ſeu officialib⁹ ꝛ curatis pdi
ctis ac etiā alijs quibuſcūqʒ dicta auctoritate mā
dam⁹ vt ab huiuſmodi pſuaſionibus inhibitioni
bus ꝛ mādatis decetero prorſus ꝛ omnio abſtine
ant. Decernentes inhibitiones ipſas ꝛ mandata
nullius exiſtere firmitatis. ꝛ illis ꝯtrauenientes cē
ſuris hmōi minime ligari ac eoſdeʒ perſuadētes ꝛ
inhibentes mandatoqʒ noſtro hmōi obtemperare
nō curantes niſi penituerint. ꝛ pſuaſiōes ꝛ inhibi
tiones ac predicta reuocauerint infra triduū poſt
ꝙ deſup reqſiti fuerint eoipſo ordinarios interdi
ctū igreſſus eccľie ac ſuſpēſiones a regimie ꝛ admi
niſtratiōe ſuaꝝ eccleſiaꝝ alios vero iferiores ab eis
excōmunicatiōis ſentētiaʒ incurrere. Cū aūt non
nulli ad ordines predictos predicatorum ꝛ mino/
rū ſpecialē gerētes deuotiōis coꝝ cadauera effe/
ctū cū habitu fratrū pdicatoꝝ vel minorū ſeu fra/
trum vel ſororum de penitentia vtriuſqʒ ordinis

p̄dicatoꝝ ſepeliri mādēt, ⁊ pſepe anteꝗ̄ moriātur
habitū h⁹i p priorē dom⁹ ordis p̄dicatoꝝ aut guar
dianuꝫ domus ordins minoruꝫ loci in quo tales de
cedere contingeret vel per ſuperiorem prelatum
ipſorum ordinum ⁊domorum ſeu prioratus ⁊ guar
dianie vel illi cui duxerint ꝯmittēdū dūtarat ⁊ nō
p aliū quauis auctoritate val p̄latiōe fungentē ex
hiberi q ōbere p̄dictū abitū recipiētib⁹ ōclarare te
neātur apud eoꝝ ordinū eccl'ias debere ſepeliri in
eoꝝ obitu quoꝝ habitū ſuſcipiant ⁊ illoꝝ ſic indu
toꝝ cadauera ſic diſcoperta nullo pallio vel tegu-
mēto ſupimpoſito cū habitu hmōi ad ſepulturā ō
ferri poſſe ordinarioꝝ ēt ſub cēſuris ꝓhibitione ⁊
ordinatiōe locoꝝ q̄libet i cōtrariū edita nō obſtāte
q̄ſ q̄ ad hoc modificam⁹ Et ne exhibilitatiōis ad
vnum vel plura beneficia eccleſiaſtica in titulū vel
comendā obtinēdā cū facultate, vt iterim donec il
la aſſeq̄tur ꝑ capellanis alioꝝ in bñficijs ōſeruire.
Et ꝙ etiā poſtꝗ̄ beneficia hmōi aſſecuti fuerint in
domibus dicti ordinis reſidere cameras habere in
illis ⁊ ingeneralibus atqꝫ prouincialib⁹ capitulis
fratrū eorundē predicatoꝝ ⁊ minorū ordinū vocē
actiū ⁊ paſſiuam habere ac priuilegijs fauoribus
gratijs ⁊ indultis conceſſis ipſorum ordinum pro
feſſoribus gaudere poſſint prefatis ordinibus ⁊ illo
rum profeſſoribus grauamen inferatur eiſdem mo
tu ⁊ auctoritate decernimus huiuſmōi conceſſas
⁊ q̄s eis cōcedi contingerit habilitationis litteras
intelligi ⁊ interp̄tari debere vt frēs ipſi q̄bus lr̄e
huiuſmōi ꝯceſſe ſunt ⁊ ꝯcederētur in poſterū quo
cūqꝫ per ſedeꝫ p̄dictā poſtꝗ̄ aliqđ bñficiuꝫ adepti
fuerint pacifice aut per capellanis aliquibus eccle
ſijs ceperint deſeruire cōceſſionibus predictis ꝓut
vocem actiuam ⁊ paſſiuam reſidentiam in domib⁹

dcõꝝ ordinuꝫ ac retētionē deaꝝ domoꝝ cameraꝝ
alia q̃ ordinum p̃fatoꝝ ſunt ꝯcernentia deoꝝ ordi
nū prelatoꝝ ꝯſenſu dūtarat gaudere poſſint et nõ
aliaꝝ nec alio mõ. Idē ſtatuētes de ꝓmotis ad ca-
tedrales etiaꝫ titulares appellatas ecc̃ias ꝛ alias
dignitates eccleſiaſtica. Ceteruꝫ vt dictoꝝ ordinū
ꝓfeſſores q̄ inq̄ſitores heretice prauitatis pro tp̄e
diuerſis mundi partibus deputantur tāto diligē-
tius eoꝝ officia ſtudeant exercere ac ab illicitis et
eis ꝓhibitis abſtinere quāto cognouerint poſſe eo
rū errores facilius corrigi ꝛ puniri. Quod magr̃ p̄
dicatoꝝ ꝛ miniſter minoꝝ ordinū p̄dictorū gene-
rales p̃fati nūc ꝛ pro tp̄e exiſtentes geſta ꝑ tp̄e per
ipſos inquiſitores ſuoꝝ ordinū reſpectiue examina
re: ꝛ q̃relas contra illos ꝓpoſitas audire ac ſup̄ il
lis quātū eis iuſtuꝫ ꝛ equū videbitur ſtatuere ꝛ or
dinare: ꝛ ſi in aliquo eos deliquiſſe inuenerint il-
los iuxta exceſſuū exigentiā etiā per eoꝝ ab officio
amotioneꝫ ac alias corrigere ꝛ punire dictoſq̄ꝫ in
quiſitores ſm̄ ꝙ equū ꝛ iuſtū aut neceſſariuꝫ vide
bitur nõ tm̄ in vna eadem dioceſi multiplicare li-
bere ac licite valeant. Et predicatoruꝫ in minoruꝫ
ꝛ econtra minorum ordinum predicatorum inqui
ſitores in p̄dictoruꝫ hm̄oi pfeſſores quoſcunq̄ꝫ of-
ficio inquſitionis huiuſmodi fungi illudq̄ꝫ exerce
re nullatenꝰ poſſint abſq̄ꝫ ſedis apoſtolice licētia
ſpeciali p̄ñtibꝰ litteris ſpecificā ꝛ expreſſaꝫ faciēte
mentionē. Poſtremo qꝛ p̄dicatoꝝ ꝛ minorum fra
trū p̄dictoꝝ ordinū ꝓfeſſores ꝓ fidei catholice dila
tatiõe incremēto ꝛ defenſione cõtinue indefeſſe la
borant ꝛ eoꝝ exēplari vita p̄dicationibus verbi dei
audientia: ꝛ confeſſionum ſana doctrina aſſidua
ſacrū lrãrum inſtructione: ꝛ deuota diuinoꝝ of-
ficioruꝫ celebratione hereticoꝝ extirpatiõe aliiſq̄ꝫ

innumeris pijs operationibus preceteris ordinuꝫ
mendicantiuꝫ ꝓfeſſoribus fructus in eccleſia dei ſa
lutaris copioſius attulerint. hactenus ⁊ continue
afferre nõ ceſſant atqꝫ allaturos in futuruꝫ deo ꝓ
pitio ſpe firma tenemus ⁊ propterea ꝯuenit vt ipſi
preceteris ampliores fauores ⁊ gratiaruꝫ ꝑ̃rogati
uas a ꝑ̃fata ſede recipiãt ⁊ reporteꝫ aliorũqꝫ ordi-
num mendicantiuꝫ indultis ⁊ priuilegijs apud ſe-
dẽ ꝑ̃fatam gaudeant ne illis inferiores eſſe videan
tur omẽs ⁊ ſingulas gratias conceſſiones ⁊ pecca
toꝝ remiſſiones imũitates exemptiões facultates
priuilegia ⁊ indulta ſpũalia ⁊ temporalia qualia
cũqꝫ ſint heremitaruꝫ ſancti. Auguſtini ⁊ carmeli
tarũ ⁊ ſeruoꝝ beate marie fratrũ ordinibꝰ ⁊ illoruꝫ
eccleſijs oratorijs ⁊ domibus prioribus fratribus
⁊ ſororibꝰ cõuerſis oblatis ⁊ vtriuſqꝫ ſexus ꝑſonis
de penitentia nuncupatis a ꝑ̃deceſſoribus noſtris
romanis pontificibus predictis a nobis aut alijs
auctoritatẽ habẽtibꝰ q̃ omia ac ſi noiatim exprime
rentur haberi h' voluimꝰ ꝓ ſufficiẽter expreſſis cõ
iunctim vel diuiſim in genere uel in communi con
ceſſa eiſdẽ ⁊ eoꝝ cuilibet ꝑ̃dicatorũ ⁊ minorũ fra-
trũ ordinibus domibus eccleſijs generali magiſtro
miniſtro prioribus ⁊ miniſtris prouincialibus con
uẽtualibus prioribus guardianis ſororibus obla
tis cõuerſis ⁊ vtriuſqꝫ ſexus tertii ordinis ſeu de
penitentia nũcupatis ⁊ alijs eorũdẽ ordinũ ꝑſonis
de nouo cõcedimus ⁊ in eis locũ habere volumus
ac ſi eiſdem nominatim directe ⁊ expreſſe conceſſa
fuiſſent mãdantes ⁊ motu ſcientia ⁊ auctoritate ꝑ̃
dictis vt dũ priuilegiorũ indulgẽtiaꝝ ꝑ̃rogatiuoꝝ
cõceſſionũ exẽptionum immunitatum facultatum
⁊ indultorum dictorum fratruꝫ heremitarum ſan-
cti Auguſtini carmelitarum ⁊ ſeruorum ſancte ma

ric originales littere ſeu tranſumpta autentica ex illis prout in fauorem eccleſiarum domoruȝ ⁊ fratrum predictorum predicatorum ⁊ minorum ordinum adducerentur vel exhiberentur eadem fides in dubia exhibeatur tam in iudicio quam extra iudiciuȝ. ⁊ alijs locis quibus opus fuerit ac ſi pro et in fauorem dictorum ordinum eccleſiarum domorum ⁊ fratrum predicatoruȝ ⁊ minoruȝ a ſede apoſtolica emanaſſent ac eis ⁊ cuilibet ipſorū fuiſſent immediate conceſſe inhibentes diſtrictius ipis locorum ordinarijs ſub interdicti ingreſſus eccleſie ⁊ ſuſpenſionis a regimine ⁊ adminiſtratione ſuaruȝ eccleſiarum ⁊ prochialium eccleſiarum rectoribus ⁊ alijs quibuſcūqȝ ſub excommunicatiōis late ſententie ⁊ priuationis earundeȝ eccleſiarum prochialium ⁊ omnium aliorum beneficiorum eccleaſticorū que obtinent necnō inhabilitationis ad illa ⁊ alia in poſterum obtinenda penis eoipſo qui contrafecerint incurrēdis ne perſonis quibuſlibet eccleſiaſticis vel ſecularibus in genere vel in ſpecie directe vel indirecte aliquid inhibeant precipeant ordinent vel ſtatuant quominus ordinis predicti illorum domus ⁊ profeſſores predictis gratijs eis cōceſſis libere vti poſſint nō obſtantibus quibuſcūqȝ apoſtolicis ſuſpenſionibus reuocationibus ⁊ reſtrictionibus ac in prouincialibus ⁊ ſynodalibus concilijs editis generalibus vel ſpecialibus cōſtitutionibus necnō pariſienſis ⁊ aliorum locorum generalium ſtudiorum vniuerſitatibus ⁊ curie vicegerentie. Auinionis ⁊ quibuſuis ordinarijs prelatis ⁊ ꝑſonis conceſſis concedendis litteris ac priuilegijs ac per illos deputatis in eis conſeruatoribus priuilegiorum huiuſmodi facultatibus ⁊ iuriſdictione cū quibuſuis clauſulis derogatoriarū derogatorijs ac

fortioribus ⁊ insolitis quibus omnibus illa etiam
si de eis eorumqꝫ totis tenoribus ⁊ datis non pro
huiusmodi generales clausulas etiaꝫ specialeꝫ mē
tionem importantes. ſed ſpecifica et indiuidua ac
de verbo ad verbum ſeu quauis alia mentio habē
da eſſet pn̄tibus pro expreſſis habent. illis al's in
ſuo robore permanſuris quo ad premiſſa ſpecifice
⁊ nominatim derogamus. ⁊ ea nemini in preiudi/
cium premiſſorum ſuffragari poſſe aut debere ⁊ ir
ritum ⁊ inane quicquid ſecus contigerit attempta
ri decernimus necnon omnibus illis que in dictis
litteris noſtris prefatis ordinibus conceſſis volu/
mus non obſtare ceteriſqꝫ contrarijs quibuſcūqꝫ
¶ Uerum quia difficile foret preſentis litteras
ad ſingulas prouincias originaliter deſtinare vo
lumus ⁊ dicta ⁊ auctoritate decernimus ꝙ trāſum
ptis earum manu notarij publici ⁊ curie cauſaruꝫ
camere apoſtolice auditoris vel protectoris qui ē
⁊ pro tempore erit aut alicuius archiepiſcopalis
vel ep̄alis ſeu cuiuſcunqꝫ in dignitate conſtituti ſi
gillo montis ac prorſus in iudicio ⁊ extra vbicū/
qꝫ exhibita vel oſtenſa fuerint fides exhibeatur in
dubia ac ſi ipe originales littere forent exhibite vel
oſtenſe. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginā noſtre approbatiōis ꝯſtitutiōis cōceſſiōs
largitiōis indulti p̄ſcriptionis voluntatis adem/
ptiōis ſtatuti mandati decreti inhibitiō s ⁊ dero
gationis infringere vel ei auſu temerario cōtrarie
Si quis aūt hoc attemptare p̄ſumpſerit idignatio
nē oipotentis dei. ⁊ beatoꝝ. Petri ⁊ Pauli apo
ſtolorū eius ſe nouerit incurſurū. Datis Rome a
pud ſanctū Petrū Anno incarnatiōis dominice
M.cccc.lxxix. ſeptimo Kalēdas auguſtas. pōtifi/
cat⁹ noſtri Anno octauo Quibuſquidē litteris di

ligenter inſpectis ad ꝓPrefati fratres Mathei de
nouaria commiſſarij ⁊ procuratoris inſtantiam ⁊
requiſitionem per notarium publicū inſtrumentū
tranſumi ⁊ exemplari mandamus ⁊ in publicam
tranſumpti formam redigi decernētes ac volentes
tranſumpto publico ſiue exemplo plena fides dein
ceps adhibeatur ubique in locis oībus ⁊ ſingulis
quibus fuerit opportunium ipſumqꝫ tranſumptū
fidem faciat ac ſi originales littere apparerēt. Qui
bus omnibus ⁊ ſingulis ꝓpria auctoritatem ordi
nariā interpoſuimus pariter ⁊ decre. Datū rome
in dicta eccleſia ſancti. Celſi ſup ꝓprij dicte curie
cauſarū camer̄ apoſtolice quo in talibꝰ vtimur ſigil
li appēſione anno a natiuitate dn̄i. M.cccc.lxxviij.
Inditione. xij die uero vltima menſis Julij pontifi
catus p̄fati ſanctiſſime in xp̄o patris ⁊ domini no
ſtri dn̄i ſixti diuina prouidētia pape quarti Anno
octauo. preſentibꝰ ibidē venerabilibus viris dn̄is
veſconte de ulternis ⁊ Jacobo dn̄ici. noſtris dicte
curie ſcribis ⁊ notarijs teſtibus ad p̄miſſa vocatis
⁊ rogatis. Et ego Gerto. quondam Ger. de piſera
Dioceſis lucane publicus apoſtolica ⁊ imperiali
auctoritate curie quam cauſarum camere apoſtoli
ce notarius ⁊ ſcriba predictis omnibus ⁊ ſingulis
dum ſic vt premittitur fierent ⁊ agerentur una cū
predictis pronominatis teſtibus interfui ideoque
hoc preſens publicum tranſumpti inſtrumentum
in manu alterius me alijs ocupato negocijs fideli
ter ſcriptum exinde confici ſupſcripſi ⁊ in hanc pu
blicam formā redigi ſignoque ⁊ nomine meis ſoli
tis ⁊ Conſuetis vna cum dicte curie cauſarum ca-
mere apoſtolice ſigilli appenſione ſignaui rogatus
⁊ requiſitus In fidem ⁊ teſtimonium omnium ⁊ ſin
gulorum premiſſorum.

ſumpſerit indignationem omnipotentis dei ⁊ bea
torum Petri ⁊ Pauli apoſtolorum eius ſe noue
rit incurſurm Datum Rome apud ſantum. Pe
trum Anno incarnationis Dominice. Mileſimo
quadrigenteſimo, ſeptuageſimo. primo pridie Ka
lendas marti Pontificatus noſtri. Anno primo

In nomine dei amen Hec eſt copia eiuſdem.
bulle papalis reperte in archiuo eccleſie san
ti franciſci de. Aſiſio facte more romane curie ⁊
cum cordilis canape ⁊ cum plumbo pendente in
quo ſunt duo capita uidelicet ſanti Petri ⁊ ſancti
Pauli lr̄is appoſitꝫ videlꝫ ſanctus Petrꝰ ſanctꝰ
Paulus ⁊ circuncirca ſunt q̄ꝫ plura puncta: Et
ab alio latere dicti plumbi ſunt infraſcripte litere
Clemens papa quartus ⁊ circūcirca ſimiliter ſunt
puncta. non. viciate: non cancellate. Sed prorſus
omni defectu ⁊ ſuſpitione carentes: Cuiuſquidē
bulle tenoꝛ Talis eſt videlicet.

Clemens epiſcopus ſeruus ſeruorum dei di-
lectis filijs magiſtro ⁊ fratribus ordinis pre
dicatorum necnon miniſtro generali ordinis fra-
trum minorum ſalutem ⁊ apoſtolicam benedictio
nem. Obtentu diuini nominis cuius cultui ſub ſa
cre ueſtre religionis obſeruantia ſtudetis mente
deuotiſſima deſeruire votis veſtris libenter annui
mus ⁊ peittiones veſtras in his que digne depoſi
tis fauorabiliter exaudimus. Et parte ſiquidem
veſtra fuit propoſitū coram nobis. Quod nonnulli
prelati. Clerici ⁊ laici indiuerſis mundi partibus
conſtituti aſſerentes vos mondo fore mortuos nec
valentes proprium poſſidere vos occaſione huiuſ
modi ha quibuſlibet ſucceſſionibus excludere mo
liuntur. Quare pro parte veſtra fuit nobis humili
ter poſtulatum vt ne contingat vos propter huiuſ

modi preſumptionem talium apud incurrere no-
cumentum congruum remedium adhibere pater
na diligentia curaremus. Nos itaque veſtris pe
titionibus benignius attendentes auctoritate ha
poſtolica declaramus. Quod vos in temporibus
bonis in quibus Succederitis in ſeculo exiſtentes
licite poſſitis ſuccedere ⁊ bonorum ipſorum poſ-
ſionem apprehendere ac vendere libere bona ip
ſa eorumque precium in vtilitatem veſtram con
uertere prout vobis mellius videbitur expedire
Uniuerſas autem interdicti ſuſpenſionis ⁊ excõ-
municationis ſententias quas contra preſentis
declarationis tenorem perquẽcunque ferri conti
gerit decernimus irritas ⁊ inanes. Nulli ergo om
nino hominum liceat hanc paginam noſtre decla
rationis hac conſtitutionis infringere vel ei hau
ſu temerario contrarie. Si quis autem hoc attem
ptare preſumpſerit idignationem omnipotentis
dei ⁊ beatorum Petri ⁊ Pauli apoſtolorũ eius
Se nouerit incurſurum Datum peruſij ſecundo
idus februarij. pontificatus noſtri Anno primo.

¶ Supraſcriptam copiam Ego Joannes leo de
marcellinis de auliana publicus imperiali aucto
ritate notarius fideliter extraxi a quodam tran-
ſumpto conceſſo per uenerabiles religioſos Con-
uentui fratrum minorum de ſecuxia prout inueni
⁊ hic me ſubſignaui cum ſigneto meo manuali in
talibus cõſueto in teſtimonium omniũ premiſſoꝝ

Inc 1321

Salmanticae
Juan Giessen
1511